

## Catechismus maior.

### Quaestio.

*Quisam est hominis finis summus ac praecipuus?*

R. Finis hominis summus ac praecipuus est deum glorificare <sup>1)</sup>, eodemque perfecte frui in aeternum <sup>2)</sup>.

*Q. Unde constat esse deum?*

R. Ipsissimum in homine naturae lumen, operaque Dei esse Deum luculenter manifestant <sup>3)</sup>: solum autem ipsius verbum Spiritusque eum hominibus revelant sufficienter ac efficaciter ad salutem <sup>4)</sup>.

*Q. Quid est verbum Dei?*

R. Scripturae sacrae Veteris ac Novi Testamenti sunt verbum Dei <sup>5)</sup>; unica illa fidei ac obedientiae regula <sup>6)</sup>.

*Q. Quibus modis mediisque constat Scripturas esse verbum Dei?*

R. Scripturae se ostendunt esse verbum Dei, maiestate sua <sup>7)</sup> et puritate <sup>8)</sup>, partium omnium consensu <sup>9)</sup>, totiusque scopo, ut Deo nempe omnis gloria tribuatur <sup>10)</sup>; lumine suo et vi mirabili cum convincendi tum convertendi peccatores, fideles autem consolandi ac aedificandi ad salutem <sup>11)</sup>: eas autem esse ipsissimum Dei verbum, solus Dei Spiritus in Scripturis et cum Scripturis testimonium praebens in corde hominis plene illi potest persuadere <sup>12)</sup>.

*Q. Quid est quod praecipue docent Scripturae?*

R. Duo imprimis sunt quae Scripturae docent, quid homo de Deo credere debeat, quidque officii ab homine Deus exigit <sup>13)</sup>.

*Q. Quid autem de Deo nobis e Scripturis innotescit?*

R. Innotescunt nobis e Scripturis quid sit Deus <sup>14)</sup>, Personae in Deitate <sup>15)</sup>; decreta eius <sup>16)</sup>, eorumque executio <sup>17)</sup>.

1) Rom. 11, 36. 1 Corinth. 10, 31. 2) Psalm. 73, 24. ad finem. Ioh. 17, 21. 22. 23. 3) Rom. 1, 19-20. Psalm. 19, 1. 2. 3. Act. 17, 28. 4) 1 Corinth. 2, 9. 10. 2 Tim. 3, 15. 16. 17. Isa. 59, 21. 5) 2 Tim. 3, 16. 2 Petr. 1, 19. 20. 21. 6) Eph. 2, 20. Apoc. 22, 18. 19. Isa. 8, 20. Luc. 16, 29. et 31. Gal. 1, 8. 9. 2 Tim. 3, 15. 16. 17. 7) Hos. 8, 12. 1 Cor. 2, 6. 7. 13. Psalm. 119, 18. 129. 8) Psal. 12, 6. Psalm. 119, 140. 9) Actor. 10, 43. Act. 26, 22. 10) Rom. 3, 19. 27. 11) Act. 18, 28. Heb. 4, 12. Iac. 1, 18. Psal. 19, 7. 8. 9. Rom. 15, 4. Actor. 20, 32. 12) Ioh. 16, 13. 14. 1 Ioh. 2, 20. 27. Ioh. 20, 31. 13) 2 Tim. 1, 13. 14) Heb. 11, 16. 15) 1 Ioh. 5, 7. 16) Act. 15, 14. 15. 18. 17) Act. 4, 27. 28.

**Q. Quid est Deus?**

**R.** Deus est spiritus <sup>1)</sup>, in se ipso et a se ipso essentia <sup>2)</sup>, gloria <sup>3)</sup>, beatitudine <sup>4)</sup>, ac perfectione <sup>5)</sup> infinitus; ad omnia sufficiens <sup>6)</sup>, aeternus <sup>7)</sup>, immutabilis <sup>8)</sup>, incomprehensibilis <sup>9)</sup>, ubique praesens <sup>10)</sup>, omnipotens <sup>11)</sup>, omniscius <sup>12)</sup>, sapientissimus <sup>13)</sup>, sanctissimus <sup>14)</sup>, iustissimus <sup>15)</sup>, summe misericors, ac benignus, summe longanimis, abundansque bonitate ac veritate <sup>16)</sup>.

**Q. An sunt plures uno Deo?**

**R.** Unicus est (non plures) vivens nempe verusque Deus <sup>17)</sup>.

**Q. Quot sunt Personae in Deitate?**

**R.** Tres in Deitate sunt personae, Pater, Filius, et Spiritus sanctus, suntque hi tres unus verus aeternus Deus, iidem substantia, potentia et gloria coaequales, proprietatibus licet suis personalibus inter se distincti <sup>18)</sup>.

**Q. Quaecnam sunt Trium personarum in Deitate proprietates personales?**

**R.** Patri propriam est Filium gignere <sup>19)</sup>, Filie propriam a Patre gigni <sup>20)</sup>, Spiritui autem sancto procedere a Patre Filioque, ab omni retro aeternitate <sup>21)</sup>.

**Q. Unde constat Filium et Spiritum sanctum esse Deum, Patrique coaequales?**

**R.** Filium et Spiritum Sanctum esse Deum, Patrique coaequales demonstrant Scripturae sacrae, nomina <sup>22)</sup>, attributa <sup>23)</sup>, opera <sup>24)</sup>, cultumque eiusmodi eis tribuendo, quae soli Deo propria sunt et peculiaris <sup>25)</sup>.

**Q. Quid sunt decreta Dei?**

**R.** Decreta Dei sunt consilii voluntatis eius actus liberi, sancti, sapientes <sup>26)</sup>, quibus ab omni aeterno quaecumque tempore eveniunt ad suam ipsius gloriam immutabiliter praecordinavit <sup>27)</sup>, imprimis vero quae Angelos spectant hominesque.

**Q. Quid autem de Angelis hominibusque praecipit decessit Deus?**

**R.** Deus decreto aeterno ac immutabili ex mero amore, in laudem gloriosae suae gratiae stato tempore manifestandae, nonnullos Angelorum elegit ad gloriam <sup>28)</sup>, uti et hominum aliquos

---

1) Ioh. 4, 24. 2) Exod. 3, 14. Ioh. 11, 7. 8. 9. 3) Act. 7, 2. 4) 1 Tim. 6, 15. 5) Math. 5, 48. 6) Gen. 17, 1. 7) Psal. 90, 2. 8) Mal. 3, 6. Iac. 1, 17. 9) 1 Reg. 8, 27. 10) Psal. 139, 1. ad 13. 11) Apoc. 4, 8. 12) Heb. 4, 13. Psal. 147, 5. 13) Rom. 16, 27. 14) Isa. 6, 3. Apoc. 15, 4. 15) Deut. 3, 2. 4. 16) Exod. 34, 6. 17) Deut. 6, 1. 1 Cor. 8, 4. 6. Ier. 10, 10. 18) 1 Ioh. 5, 7. Mat. 3, 16. 17. Mat. 28, 19. 2 Cor. 13, 14. Ioh. 10, 30. 19) Heb. 1, 5. 6. 8. 20) Ioh. 1, 14. 18. 21) Ioh. 5, 26. Gal. 4, 6. 22) Isa. 6, 3. 5. 8. cum Ioh. 12, 41. et Act. 28, 25. 1 Ioh. 5, 20. Act. 5, 3. 4. 23) Ioh. 1, 1. Isa. 9, 6. Ioh. 2, 24. 25. 1 Cor. 2, 10. 11. 24) Colos. 1, 16. Gen. 1, 2. 25) Mat. 28, 19. 2 Cor. 13, 14. 26) Eph. 1, 11. Rom. 11, 33. Rom. 9, 14. 15. 18. 27) Eph. 1, 4. et 11. Rom. 9, 22. 23. Psalm. 33, 11. 28) 1 Tim. 5, 21.

elegit in Christo ad vitam aeternam, simul et ad media quibus eam consequantur<sup>1)</sup>: idem pro suprema sua potestate, ac secundum inscrutabile voluntatis suae consilium (quo favorem exhibet abstinetve pro suo ipsius beneplacito) reliquos praeteriit, ac ad ignominiam et iram pro peccatis eorum infligendam praecordinavit, in laudem gloriae iustitiae suae<sup>2)</sup>.

*Q. Quomodo decreta sua exequitur Deus?*

*R.* Deus exequitur decreta sua creationis operibus ac providentiae; secundum praescientiam ipsius infallibilem, voluntatisque suae consilium liberum ac immutabile<sup>3)</sup>.

*Q. Quid est Creationis opus?*

*R.* Opus Creationis illud est, quo Deus in principio per verbum potentiae suae, mundum huic et quae in eo continentur universa sex dierum spatio ex nihilo condidit propter semet ipsum, atque omnia quidem valde bona<sup>4)</sup>.

*Q. Quales creavit Deus Angelos?*

*R.* Angelos<sup>5)</sup> omnes Deus creavit spiritus<sup>6)</sup>, immortales<sup>7)</sup>, sanctos<sup>8)</sup>, scientia praestantes<sup>9)</sup>, potentia valentes<sup>10)</sup>, ad ipsius mandata exequendum, nomenque celebrandum<sup>11)</sup>, non tamen immutabiles<sup>12)</sup>.

*Q. Qualem creavit Deus hominem?*

*R.* Postquam Deus considerat omnes alias creaturas, hominem creavit, marem quidem foeminamque<sup>13)</sup>; viri corpus e terrae pulvere<sup>14)</sup>, foeminae autem e costa viri fabricavit<sup>15)</sup>; imbuitque animabus viventibus, rationalibus, ac immortalibus<sup>16)</sup>; ad suam ipsius imaginem creavit eos<sup>17)</sup>, in cognitione<sup>18)</sup>, iustitia et sanctitate<sup>19)</sup>, habentes divinam legem in cordibus suis inscriptam<sup>20)</sup>, eandemque implendi vires<sup>21)</sup>, dominium etiam habentes in creaturas<sup>22)</sup>, possibilitatis tamen isthoc statu excidendi haud immunes<sup>23)</sup>.

*Q. Quanam sunt opera divinae providentiae?*

*R.* Opera divinae providentiae sunt Dei sanctissima<sup>24)</sup>, sapientissima<sup>25)</sup>, ac potentissima creaturarum suarum omnium conservatio<sup>26)</sup>; ac gubernatio<sup>27)</sup>, earumque ut et actionum ab iis profluentium<sup>28)</sup> ad suam ipsius gloriam ordinatio<sup>29)</sup>.

*Q. Qualis est Dei erga Angelos providentia?*

1) Ephes. 1, 4. 5. 6. 2) Thess. 2. 13. 14. 2) Rom. 9, 17. 18. 21. 22. Mat. 11, 25. 26. 2 Tim. 2, 20. Iudae v. 4. 1 Petr. 2, 8. 3) Eph. 1, 11. 4) Gen. 1. cap. Heb. 11, 3. Prov. 16, 4. 5) Col. 1, 6. 6) Psal. 104, 4. 7) Mat. 22, 30. 8) Mat. 25, 31. 9) 2 Sam. 14, 17. Mat. 24, 36. 10) 2 Thess. 1, 7. 11) Psal. 103, 20. 21. 12) 2 Pet. 2, 4. 13) Gen. 1, 27. 14) Gen. 2, 7. 15) Gen. 2, 22. 16) Gen. 2, 7. cum Iob. 35, 11. et Eccles. 12, 7. et Mat. 10, 28. et Luc. 23, 43. 17) Gen. 1, 27. 18) Col. 3, 10. 19) Eph. 4, 24. 20) Rom. 2, 14. 15. 21) Eccles. 7, 29. 22) Gen. 1, 28. 23) Gen. 3, 6. Eccles. 7, 29. 24) Psal. 14, 5. 17. 25) Psal. 104, 84. Isa. 28, 29. 26) Heb. 1, 3. 27) Psal. 103, 19. 28) Mat. 10, 29. 30. 31. Gen. 45, 7. 29) Rom. 11, 36. Isa. 63, 14.

R. Nonnullis angelorum providentia sua permisit Deus praefracto animo semet, ac nunquam inde recuperandos, in peccatum et damnationem praecipitare<sup>1)</sup>; haec tamen reliquaque eorum peccata omnia terminis suis circumscribere dirigensque ad suam ipsius gloriam<sup>2)</sup>; reliquos autem in sanctitate ac beatitudine stabilivit<sup>3)</sup>; utrisque vero pro arbitrio suo utitur<sup>4)</sup> potentiam, misericordiam, ac iustitiam suam administrando<sup>5)</sup>.

Q. *Qualis erat providentia Dei circa hominem in statu creationis?*

R. Providentia Dei circa hominem in statu creationis huiusmodi fuit; eum in paradiso collocavit, eamque illi colendam dedit, illi fructibus terrae vescendi fecit potestatem<sup>6)</sup>; creaturas omnes illius imperio ac dominio subiecit<sup>7)</sup>, coniugium instituit, quod ei foret in subsidium<sup>8)</sup>; ad communionem sui ipse eum admisit<sup>9)</sup>, Sabbatum instituit<sup>10)</sup>, foedus cum eo sancivit, vitae quidem, sub conditione obedientiae personalis, perfectae ac perpetuae<sup>11)</sup>; cuius arbor vitae pignus erat<sup>12)</sup>, usu arboris scientiae boni malique sub poena mortis eidem interdixit<sup>13)</sup>.

Q. *Perstititne homo in eo quod Deus illum praefecit creati statu?*

R. Primi nostri parentes, libertati voluntatis suae permisi, Sanae tentatione inducti, mandatum Dei transgressi sunt e fructu vetito comedendo, eoque facto, stata innocentiae, in qua erant fuerant, exciderunt<sup>14)</sup>.

Q. *Totumne genus humanum lapsum est in prima illa transgressione?*

R. Quandoquidem foedus cum Adamo tanquam persona publica, tum suo tum posterorum suorum nomine iectum erat, exinde factum est ut humanum genus universum ab illo generatione ordinaria procreatum<sup>15)</sup> in ipso peccarit, et una cum ipso exciderit in prima illa transgressione<sup>16)</sup>.

Q. *In qualem statum praecipitavit lapsus hic humanum genus?*

R. Lapsus hic humanum genus in statum peccati ac miseriae praecipitavit<sup>17)</sup>.

Q. *Quid est peccatum?*

R. Peccatum est defectus quilibet conformitatis cum lege Divina, vel transgressio cuivis Divinae legis, quae data est in regulam creaturae rationali<sup>18)</sup>.

1) Iudae v. 6. 2) Pet. 2, 4. Heb. 2, 16. Iob. 8, 14. 3) Ioh. 1, 12. Mat. 8, 31. 4) 1 Tim. 5, 21. Marc. 8, 31. Heb. 12, 22. 5) Psal. 104, 4. 6) 2 Reg. 19, 35. Heb. 1, 14. 7) Gen. 2, 8. 15. 16. 8) Gen. 1, 28. 9) Gen. 2, 8. 10) Gen. 1, 26. 27. 28. 29. Gen. 3, 8. 11) Gen. 2, 3. 12) Gal. 3, 12. Rom. 10, 5. 13) Gen. 2, 9. 14) Gen. 2, 17. 15) Gen. 3, 6. 7. 8. 13. Eccles. 7, 29. 2 Cor. 11, 3. 16) Act. 17, 26. 17) Gen. 2, 16. 17. cum Rom. 5, 12. ad 20. et 1 Cor. 15, 21. 22. 18) Rom. 5, 12. Rom. 3, 23. 18) Ioh. 3, 4. Gal. 3, 10. 12.

**Q.** *In quo consistit status illius, in quem lapsus est homo, peccaminositas?*

**R.** Status illius, in quem lapsus est homo, peccaminositas, consistit in reatu primi peccati, quod admisit Adamus<sup>1)</sup>, in carentia illius iustitiae in qua idem est creatus, ut etiam in corruptione naturae suae, unde inhabilis prorsus, ac impotens factus est ad bonum omne spirituale; eique plane oppositus, ad malum autem omne proclivis penitus et quidem perpetuo<sup>2)</sup>; quod *peccatum originale* vulgo dicitur; indeque proveniunt peccata omnia actualia<sup>3)</sup>.

**Q.** *Quomodo peccatum hoc originale a primis parentibus ad eorum posteros derivatur?*

**R.** Peccatum originale a primis parentibus ad eorum posteros derivatur per generationem naturalem; adeo ut omnes in peccato concepti natiq; sint, quotquot ab iis ea ratione procreantur<sup>4)</sup>.

**Q.** *Quam autem miserium intulit lapsus humano generi?*

**R.** Lapsus intulit humano generi non solum communionis cum Deo iacturam<sup>5)</sup>, verum etiam iram eius et maledictionem; adeo ut natura simus irae filii<sup>6)</sup>, Satanae mancipia<sup>7)</sup>, et suppliciiis quibuscunq; meritissime obnoxii, tam in hoc seculo quam futuro<sup>8)</sup>.

**Q.** *Quaenam sunt peccati in praesenti saeculo supplicia?*

**R.** Supplicia peccati in praesenti saeculo sunt, cum interna, animi nempe caecitas<sup>9)</sup>, sensus reprobus<sup>10)</sup>, illusiones fortes<sup>11)</sup>, durities cordis<sup>12)</sup>, conscientiae horror<sup>13)</sup>, et affectus viles<sup>14)</sup>; tum etiam externa, cuiusmodi sunt, creaturarum nostri causa maledictio Divina<sup>15)</sup>, omniaque quotquot nobis adveniunt, mala, sive corporibus, sive nominibus, fortunis, amicis, aut negotiis demum nostris adversentur<sup>16)</sup>, una cum ipsa morte<sup>17)</sup>.

**Q.** *Quaenam sunt peccati supplicia in futuro saeculo?*

**R.** Supplicia peccati in saeculo futuro sunt, a iucundissima Dei praesentia separatio sempiterna, continui, aeterni et exquisitissimi animae corporisque in igne gehennae cruciatus<sup>18)</sup>.

**Q.** *An humanum genus universum perire sinit Deus in statu peccati ac miseriae?*

**R.** Deus universum genus humanum non derelinquit in statu peccati ac miseriae perituro<sup>19)</sup>, in quem scilicet inciderant pri-

1) Rom. 5, 12. 19. 2) Rom. 3, 10. ad 20. Eph. 2, 1. 2. 3. Rom. 5, 6. Rom. 8, 7. 8. Gen. 6, 5. 3) Iac. 1, 14. 15. Mat. 15, 19. 4) Psal. 51, 5. Iob. 14, 4. Iob. 15, 14. Iob. 3, 6. 5) Gen. 3, 8. 10, 24. 6) Eph. 2, 2. 3. 7) 2 Tim. 2, 26. 8) Gen. 2, 17. Lam. 3, 39. Rom. 6, 23. Mat. 25, 41. 46. Indae v. 7. 9) Eph. 4, 18. 10) Rom. 1, 28. 11) 2 Thes. 2, 11. 12) Rom. 2, 5. 13) Isa. 33, 4. Gen. 4, 13. Mat. 27, 4. 14) Rom. 1, 26. 15) Gen. 3, 17. 16) Deut. 28, 15. ad finem. 17) Rom. 12, 23. 18) 2 Thes. 1, 9. Marc. 9, 44. 46. 48. Luc. 16, 24. 19) 1 Thes. 5, 9.

mun foedus violando (*foedus operum*<sup>1)</sup> vulgo dictam) verum prae-  
mero amore suo ac misericordia electos suos inde eripit, ac in sta-  
tum salutis eos transfert virtute novi foederis, quod vulgo dicitur  
*foedus gratiae*<sup>2)</sup>.

*Q. Quocum initum est foedus gratiae?*

R. Foedus gratiae initum est cum Christo, Adamo secundo,  
atque in eo cum electis omnibus tanquam ipsius semine<sup>3)</sup>.

*Q. Quomodo in secundo foedere manifestatur gratia Dei?*

R. Gratia Dei in secundo foedere manifestatur, in quantum  
peccatoribus gratuito parat offertque mediatorem<sup>4)</sup> ac per eum  
vitam et salutem<sup>5)</sup>; Atque quo in illo ius obtineant fidem requi-  
rens conditionem<sup>6)</sup>, electis omnibus Spiritum suum sanctam pro-  
mittit ac largitur<sup>7)</sup>, qui fidem in iis illam<sup>8)</sup> una cum gratis aliis  
salutaribus universis<sup>9)</sup> operetur, eosque sanctae omni obedientiae  
paros reddat ac idoneos<sup>10)</sup>; ut quae sit genuinae ipsorum verae-  
que fidei<sup>11)</sup>, et gratitudinis erga Deum<sup>12)</sup> argumentum, viaque  
illis praescripta, qua Deus voluit ad salutem perveniri<sup>13)</sup>.

*Q. Foedus gratiae an uno semper fuerit eodemque modo  
administratum?*

R. Foedus gratiae non uno semper fuit eodemque modo ad-  
ministratum, verum administratio eius sub Veteri Testamento ac  
sub Novo est alia atque alia<sup>14)</sup>.

*Q. Quomodo administratum est foedus gratiae sub Veteri  
Testamento?*

R. Sub Veteri Testamento foedus gratiae est administratum  
promissionibus<sup>15)</sup>, Prophetiis<sup>16)</sup>, et Sacrificiis<sup>17)</sup>, circumcisio-  
ne<sup>18)</sup>, paschate<sup>19)</sup>, aliisque typis ac institutis; quae omnia Chri-  
stum tunc futurum praesignificabant; ac pro ratione illorum tem-  
porum sufficiebant electis in fide in promissum Messiam aedifican-  
dis<sup>20)</sup>, per quem illi plenam peccati remissionem ac salutem ae-  
ternam tunc temporis sunt consecuti<sup>21)</sup>.

*Q. Quomodo administratur foedus gratiae sub Novo Testa-  
mento?*

R. Sub Novo Testamento exhibito iam Christo (qui est sub-  
stantia) idem illud gratiae foedus administrabatur, et usque debet  
administrari praedicatione verbi<sup>22)</sup>, ut et administratione sacra-  
mentorum, Baptismi<sup>23)</sup> nempe, et coenae Dominaicae<sup>24)</sup>, in qui-

1) Gal. 3, 10. 12. 2) Tit. 3, 4. 5. 6. 7. Gal. 3, 21. Rom. 3, 20. 21. 22.  
3) Gal. 3, 16. Rom. 5, 15 ad finem. Isa. 53, 10. 11. 4) Gen. 3, 15.  
Isa. 42, 6. Ioh. 6, 27. 5) 1 Ioh. 5, 11. 12. 6) Ioh. 3, 16. Ioh. 1,  
12. 7) Prov. 1, 23. 8) 2 Cor. 4, 13. 9) Gal. 5, 22. 23.  
10) Ezech. 36, 27. 11) Iac. 2, 18. 22. 12) 2 Cor. 5, 14. 15.  
13) Eph. 2, 10. 14) 2 Cor. 3, 6. 7. 8. 9. 15) Rom. 15, 8. 16) Act. 3,  
20. 24. 17) Heb. 10, 1. 18) Rom. 4, 11. 19) 1 Cor. 5, 7. 20) Heb.  
8, 9. 10 cap. Heb. 11, 13. 21) Gal. 3, 7. 8. 9. 14. 22) Marc.  
16, 15. 23) Matt. 28, 19. 20. 24) 1 Cor. 11, 23. 24. 25.

bus gratia salusque eunotis gentibus, plenius, evidentius, ac efficacius exhibetur<sup>1)</sup>.

*Q. Quis est foederis gratiae Mediator?*

*R.* Foederis gratiae Mediator unicus est Dominus Iesus Christus<sup>2)</sup>, qui quum esset aeternus Dei Filius coessentialis Patri et coequalis<sup>3)</sup>, in plenitudine temporis homo factus est<sup>4)</sup>, adeoque fuit, et usque durat, Deus et homo, e naturis duabus integris distinctisque, persona unica in aeternum<sup>5)</sup>.

*Q. Quomodo autem Christus Filius Dei cum esset, factus est homo?*

*R.* Christus Dei filius factus est homo, dum corpus verum, animamque rationalem assumeret sibi<sup>6)</sup>, vi Spiritus sancti in utero, eque substantia Virginis Mariae conceptus et ex eadem natus<sup>7)</sup>, immunis tamen a peccato<sup>8)</sup>.

*Q. Quae necessitas id exegit, ut Deus esset idem qui Mediator?*

*R.* Necessum erat, ut Deus esset qui Mediator, cum ut humanam naturam sub ira Dei infinita, ac potestate mortis laborantem sustentaret<sup>9)</sup>, et quodammodo suffulciret ne succumberet; tum vero etiam ut perpressionibus suis, obedientiae ac intercessionis pretium faceret ac efficaciam<sup>10)</sup>; quo iustitiae Dei satisfaceret<sup>11)</sup>, favorem eius conciliaret<sup>12)</sup>, populum acquireret peculiarem<sup>13)</sup>, Spiritum suum iis daret<sup>14)</sup>, eorumque hostes omnes debellaret<sup>15)</sup>, ipsosque perduceret ad aeternam salutem<sup>16)</sup>.

*Q. Quae utem necessitas quamobrem homo esset Mediator?*

*R.* Oportebat Mediatorem esse hominem, quo naturam nostram eveheret<sup>17)</sup>, obedientiam legi praestaret<sup>18)</sup>, inque natura nostra, cum pati posset tum intercedere<sup>19)</sup>; ut infirmitatum nostrarum sensu communi nobiscum afficeretur<sup>20)</sup>; ut nos denique Filiorum adoptionem reciperemus<sup>21)</sup>, et consolationem accessumque ad thronum gratiae cum confidentia consequeremur<sup>22)</sup>.

*Q. Unde necessarium erat, ut Mediator esset Θεάνθρωπος sive in una eademque persona Deus et homo?*

*R.* Necessum erat, ut Mediator, cuius erat Deum ac hominem conciliare, ipse et Deus et homo existeret, et persona quidem unica, ut opera utriusque naturae propria, a Deo pro nobis ac-

1) 2 Cor. 3, 6. ad finem. Heb. 8; 6. 10. 11. Matt. 28, 19.  
2) 1 Tim. 2, 5. 3) Iohn. 1, 1. 14. Ioh. 10, 30. Phil. 2, 6. 4) Gal. 4, 4. 5) Luc. 1, 35. Rom. 9, 5. Col. 2, 9. Heb. 7, 14. 25. 6) Ioh. 1, 14. Mat. 26, 38. 7) Luc. 1, 27. 31. 35. 42. Gal. 4, 4. 8) Heb. 4, 15. Heb. 7, 16. 9) Act. 2, 24. 25. Rom. 1, 4. cum Rom. 4, 25. Heb. 9, 14. 10) Act. 20, 28. Heb. 9, 14. Heb. 7, 25. 26. 27. 28. 11) Rom. 3, 24. 25. 26. 12) Eph. 1, 6. Mat. 3, 17. 13) Tit. 2, 13. 14. 14) Gal. 4, 6. 15) Luc. 1, 68. 69. 71. 74. 16) Heb. 5, 8. 9. Heb. 9, 11. ad 16. 17) Heb. 2, 16. 18) Gal. 4, 4. 19) Heb. 2, 14. Heb. 7, 24. 25. 20) Heb. 4, 15. 21) Gal. 4, 5. 22) Heb. 4, 16.

septarentur<sup>1)</sup>, nos autem ut illis tanquam totius personae operibus niteremur<sup>2)</sup>).

*Q. Quamobrem Mediatori nostro inditum est nomen Iesus?*

R. Mediatori nostro nomen Iesus inditum est quoniam populum suum a peccatis eorum servat<sup>3)</sup>).

*Q. Quare Mediator noster vocabatur Christus?*

R. Mediator noster ideo Christus vocabatur, quoniam Spiritu Sancto supra mensuram unctus est<sup>4)</sup>, adeoque separatus, pie neque instructus, cum autoritate tum potentia<sup>5)</sup>, ad munera Prophetæ<sup>6)</sup>, Sacerdotis<sup>7)</sup>, ac Regis Ecclesiae suae<sup>8)</sup>, exequendum tam in humiliationis, quam exaltationis suae statu.

*Q. Quibus modis exequitur Christus munus Propheticum?*

R. Christus exequitur Prophetæ munus, Ecclesiae suae<sup>9)</sup>, in unoquoque seculo integram Dei voluntatem<sup>10)</sup>, de omnibus quae illorum aedificationem spectant et salutem revelando<sup>11)</sup>, per verbum quidem suum spiritumque<sup>12)</sup>, variis tamen administrandi modis<sup>13)</sup>).

*Q. Quibus modis praestat Christus munus Sacerdotale?*

R. Christus praestat munus Sacerdotale, seipsum in Sacrificium Deo immaculatum semel offerendo<sup>14)</sup>, quod pro populi sui peccatis reconciliatio foret<sup>15)</sup>, prout etiam pro ipsis perpetuo intercedendo<sup>16)</sup>).

*Q. Quomodo Regis munere defungitur Christus?*

R. Christus exequitur munus Regium, dum populum sibi ex mundo vocat<sup>17)</sup>, eosque officariis<sup>18)</sup>, legibus<sup>19)</sup>, atque censuris donat, atque instruit, quibus eos visibili modo regit et gubernat<sup>20)</sup>; dumque largitur electis suis gratiam salvificam<sup>21)</sup>, eosque obediens remunerat<sup>22)</sup>, peccantes castigat<sup>23)</sup>, in tentationibus ac perpressionibus sustentat ac conservat<sup>24)</sup>, hostes eorum omnes coercet speratque<sup>25)</sup>, omnia denique potentia sua in sui ipsius gloriam<sup>26)</sup>, eorumque bonum ordinat<sup>27)</sup>; quinetiam de reliquis omnibus supplicium sumit, quotquot Deum ignorant et non obtemperant Evangelio<sup>28)</sup>).

*Q. Quis erat status humiliationis Christi?*

1) Mat. 1, 21. 23. Mat. 3, 17. Heb. 9, 14. 2) 1 Pet. 2, 6. 3) Mat. 1, 21. 4) Ioh. 3, 34. Psal. 45, 7. 5) Ioh. 6, 27. Mat. 28, 18. 19. 20. 6) Act. 3, 21. 22. Luc. 4, 18. 21. 7) Heb. 4, 14. 15. Hebr. 5, 5. 6. 7. 8) Psal. 2, 6. Mat. 21, 5. Isa. 9, 6. 7. Phil. 2, 8. 9. 10. 11. 9) Ioh. 1, 18. 10) Ioh. 15, 15. 11) Act. 20, 32. Eph. 4, 11. 12. 13. Ioh. 20, 31. 12) 1 Pet. 1, 10. 11. 12. 13) Heb. 1, 1. 2. 14) Heb. 9, 14. 28. 15) Heb. 2, 17. 16) Heb. 7, 25. 17) Act. 15, 14. 15. 16. Isa. 55, 4. 5. Gen. 49, 10. Psal. 110, 3. 18) Eph. 4, 11. 12. 1 Cor. 12, 28. 19) Isa. 33, 22. 20) Mat. 18, 17. 18. 1 Cor. 5, 4. 5. 21) Act. 5, 35. 22) Apoc. 22, 12. Apoc. 2, 10. 23) Apoc. 3, 19. 24) Isa. 63, 8. 25) 1 Cor. 15, 25. Psal. 110. per totum. 26) Rom. 14, 10. 11. 27) Rom. 8, 28. 28) 2 Thess. 1, 8. 9. Psal. 2, 8. 9.



**R.** Humiliationis Christi status erat humilis illa conditio, qua nostri ergo gloria sua semet exinanivit, formam servi in se suscepit, cum in conceptione et ortu, tum in vita et morte; imo vero etiam a morte usque ad eius resurrectionem<sup>1)</sup>.

**Q.** Quomodo in conceptione et natiuitate sua humiliavit se Christus?

**R.** Christus in conceptione et natiuitate sua semetipsum humiliavit, eo quod ab omni aeterno Filius Dei quamvis esset in sinu Patris, nihilominus tamen in plenitudine temporis Filius hominis fieri dignatus sit; factus ex muliere humilis conditionis, ex eaque nasci, cum variis insolitae demissionis circumstantiis<sup>2)</sup>.

**Q.** Quomodo Christus in vita sua semet humiliavit?

**R.** Christus in vita sua semet humiliavit, legi, quam perfecte implevit<sup>3)</sup>, subiiciendo semet<sup>4)</sup>, quietiam conflictando iniustissimis mundi iniuriis<sup>5)</sup>, tentationibus Satanae<sup>6)</sup>, carnisque suae infirmitatibus, tam naturae humanae communibus, quam tenuem ipsius conditionem consequentibus<sup>7)</sup>.

**Q.** Quomodo Christus semet in morte sua humiliavit?

**R.** Christus humiliavit se in morte sua, in quantum a Iudaeis<sup>8)</sup>, a Discipulis suis derelictus<sup>9)</sup>, a mundo ludibrio habitus ac reiectus<sup>10)</sup>, damnatus a Pilato, a persecutoribus suis excruciat<sup>11)</sup>, et cum terroribus mortis ac potestatibus tenebrarum conflictatus, pondusque irae Divinae<sup>12)</sup> quum senserat ac sustinuerat, animam suam deposuit oblationem pro peccatis<sup>13)</sup>, ignominiosam, dolorificam ac maledictam crucis mortem subeundo<sup>14)</sup>.

**Q.** In quo constabat Christi post mortem humiliatio?

**R.** Christi post mortem humiliatio in hoc constabat, quod sepultus fuerit<sup>15)</sup>, atque in statu mortuorum et sub potestate mortis ad tertium usque diem commemoratus<sup>16)</sup>, quod alias quidem hisce verbis expressum est ac significatum, *Descendit ad inferos*.

**Q.** Quis erat exaltationis Christi status?

**R.** Status exaltationis Christi complectitur eius resurrectionem<sup>17)</sup>, et ascensum<sup>18)</sup>, ut et sessionem eius ad dextram Patris<sup>19)</sup>, reditumque ad mundum iudicandum<sup>20)</sup>.

**Q.** Quomodo erat Christus in resurrectione sua exaltatus?

**R.** Christus resurrectione sua est exaltatus, eo quod cum

1) Phil. 2, 6. 7. 8. Enc. 1, 31. 2 Cor. 8, 9. Act. 2, 24. 2) Ioh. 1, 14. 18. Gal. 4, 4. Luc. 2, 7. 3) Mat. 5, 17. Rom. 5, 19. 4) Gal. 4, 4. 5) Psal. 22, 6. Heb. 12, 2. 3. 6) Mat. 4, 1. ad 12. Luc. 4, 13. 7) Heb. 2, 17. 18. Heb. 4, 15. Isa. 52, 13. 14. 8) Mat. 27, 4. 9) Mat. 26, 56. 10) Isa. 53, 2. 3. 11) Mat. 27, 26. ad 50. Ioh. 19, 34. 12) Luc. 22, 44. Mat. 27, 46. 13) Isa. 53, 10. 14) Phil. 2, 8. Heb. 12, 2. Gal. 3, 13. 15) 1 Cor. 15, 3. 4. 16) Psal. 16, 10. cum Act. 2, 24. 26. 27. 31. Rom. 6, 9. Mat. 12, 40. 17) 1 Cor. 15, 4. 18) Marc. 16, 10. 19) Eph. 1, 20. 20) Act. 1, 11. Act. 17, 31.

nullam vidisset corruptionem in morte (a qua impossibile erat eum detineri<sup>1)</sup>) cum eodem ipsissimo, in quo passus est corpore<sup>2)</sup>, una cum proprietatibus eiusdem essentialibus<sup>3)</sup>, (mortalitatis tamen experte, ut et communium reliquarum, vitam hanc spectantium, infirmitatum) animae suae denuo realiter unito<sup>4)</sup>, sua ipsius potentia fretus, a mortuis tertio die resurrexerit<sup>5)</sup>, unde semet esse Filium Dei<sup>6)</sup>, Divinae iustitiae satisfacisse<sup>7)</sup>; mortem, eumque qui potestatem eius habebat debellasse<sup>8)</sup>, denique se Dominum esse vivorum ac mortuorum<sup>9)</sup>, demonstravit. Quae quidem omnia tanquam persona publica<sup>10)</sup> et caput Ecclesiae suae praestitit, quo nempe illos iustificaret, in gratia vivificaret<sup>11)</sup>, suppetias eis adversus hostes ferret<sup>12)</sup>, ut ipsi denique certum haberent se novissimo illo die a mortuis esse resurrecturos<sup>13)</sup>.

*Q. Quomodo erat Christus in ascensu suo exaltatus?*

*R.* Christus erat in ascensu suo exaltatus, eo quod postquam Apostolis a resurrectione sua saepius apparuisset, cumque iis casset conversatus, ea quae Regni Dei sunt annuncians<sup>14)</sup>, simul et potestatem ipsis faciens evangelium omnibus nationibus praedicandi<sup>15)</sup>, post quadraginta demum a resurrectione sua dies, in natura nostra, utque caput nostrum<sup>16)</sup> de hostibus triumphans<sup>17)</sup> visibiliter ascenderit in supremos coelos, ut ibi pro hominibus dona acciperet<sup>18)</sup>, ut affectus nostros eo usque elevarit<sup>19)</sup>, nebisque locum praepararet<sup>20)</sup>, ubi ipse manet manebitque usque ad secundum ipsius adventum in consummatione saeculi<sup>21)</sup>.

*Q. Quomodo exaltatur Christus sessione sua ad dextram Dei?*

*R.* Christus exaltatur sessione sua ad dextram Dei, eo quod qua Θεάνθρωπος summam Dei Patris gratiam ac favorem consecutus sit<sup>22)</sup>, una cum omni plenitudine gaudii<sup>23)</sup>, gloriae<sup>24)</sup>, ac potentiae in omnia quae in coelis ac in terris sunt<sup>25)</sup>; quodque Ecclesiam suam colligat protegatque, eorum hostes prosterнат, ministros suos populumque donis ac gratiis instruat<sup>26)</sup>, ac pro iis intercedat<sup>27)</sup>.

*Q. Quomodo intercedit Christus?*

*R.* Christus intercedit in natura nostra coram Patre in coelo iugiter comparando<sup>28)</sup>, cum obedientiae suae ac in terris oblati

1) Act. 2, 24. 27. 2) Luc. 24, 39. 3) Rom. 6, 9. Apoc. 1, 18.  
4) Ioh. 10, 18. 5) Rom. 1, 4. 6) Rom. 8, 34. 7) Heb. 2, 14.  
8) Rom. 14, 9. 9) 1 Cor. 15, 21. 22. 10) Eph. 1, 20. 22. 23. Col. 1, 18. 11) Rom. 4, 25. 12) Eph. 2, 1. 5. 6. Col. 2, 12. 13) 1 Cor. 15, 25. 26. 27. 14) 1 Cor. 15, 20. 15) Act. 1, 2. 3. 16) Mat. 28, 19. 20. 17) Heb. 6, 20. 18) Eph. 4, 8. 19) Act. 1, 9. 10. 11. Eph. 4, 10. Psal. 68, 18. 20) Col. 3, 1. 2. 21) Ioh. 14, 3. 22) Act. 3, 21. 23) Phil. 2, 9. 24) Act. 2, 18. cum Psal. 16, 11. 25) Ioh. 17, 5. 26) Eph. 1, 22. 1 Petr. 3, 22. 27) Eph. 4, 10. 11. 2. Psal. 110, per totum. 28) Rom. 8, 34. 29) Heb. 9, 12. 24.

sacrificii merito<sup>1)</sup>; quin etiam declarando velle se meritum illud suum universis credentibus applicari<sup>2)</sup>, omnes adversus eos criminationes diluendo<sup>3)</sup>; denique conscientiae tranquillitatem, lapsibus eorum quotidianis non obstantibus<sup>4)</sup>, accessum ad thronum gratiae cum confidentia<sup>5)</sup>, eorumque cum personarum<sup>6)</sup> tum obedientiae<sup>7)</sup> acceptationem eis procurando.

*Q. Quomodo exaltandus est Christus cum redierit mundum iudicaturus?*

R. Christus, quum iudicaturus mundum redierit, in eo exaltabitur, quod ipse, qui ab hominibus impiis iniuste iudicatus est et condemnatus<sup>8)</sup>, novissimo illo die in potentia maxima<sup>9)</sup>, plenaque gloriae tum suae tum paternae manifestatione, stipatus universis angelis suis sanctis<sup>10)</sup>, redibit cum celeusmate, cum voce Archangeli et eum buccina Dei<sup>11)</sup>, mundum iudicaturus in iustitia<sup>12)</sup>.

*Q. Quenam beneficia mediatione sua impetravit Christus?*

R. Christus mediatione sua impetravit redemptionem<sup>13)</sup>, una cum omnibus aliis foederis gratiae beneficiis<sup>14)</sup>.

*Q. Unde autem fit, quod beneficiorum, quae Christus impetravit, sumus participes?*

R. Participes facti sumus beneficiorum quae impetravit Christus per eorundem nobis applicationem<sup>15)</sup>, quod Dei Spiritus Sancti opus imprimis est<sup>16)</sup>.

*Q. Quinam redemptionis per Christum fiunt participes?*

R. Redemptio iis omnibus certo applicatur, et communicatur efficaciter pro quibus eam Christus acquisivit<sup>17)</sup>, qui quidem suo quisque tempore a Spiritu sancto potentes fiunt in Christum credere secundum Evangelium<sup>18)</sup>.

*Q. An fieri potest, ut qui Evangelium nunquam audiverunt, adeoque nec Christum norunt, nec in eum credunt, vivendo secundum naturae lumen, aeternam salutem consequantur?*

R. Qui Evangelium nunquam audiverunt<sup>19)</sup>, Christamque adeo ignorant<sup>20)</sup>, nec in eum credunt, salvari nequeunt<sup>21)</sup>, summam licet operam navaverint moribus suis ad naturae lumen<sup>22)</sup>, istiusque quam profitentur religionis legem componendis<sup>23)</sup>, neque in alio quovis salus est extra Christum solum<sup>24)</sup>, qui Salvator est non nisi corporis sui, hoc est Ecclesiae<sup>25)</sup>.

1) Heb. 1, 3. 2) Ioh. 3, 16. Ioh. 17, 9. 20. 24. 3) Rom. 8, 33. 34. 4) Rom. 5, 1. 2. 1 Ioh. 2, 1. 2. 5) Heb. 4, 16. 6) Eph. 1, 6. 7) 1 Pet. 2, 5. 8) Act. 3, 14. 15. 9) Mat. 24, 30. 10) Luc. 9, 26. Math. 25, 31. 11) 1 Thes. 4, 16. 12) Act. 17, 31. 13) Heb. 9, 12. 14) 2 Cor. 1, 20. 15) Ioh. 1, 11. 12. 16) Tit. 3, 5. 6. 17) Eph. 1, 13. 14. Ioh. 6, 37. 39. Ioh. 10, 15. 16. 18) Eph. 2, 8. 2 Cor. 4, 13. 19) Rom. 10, 14. 20) 2 Thes. 1, 8. 9. Eph. 2, 12. Ioh. 1, 10. 11. 12. 21) Ioh. 8, 24. Marc. 16, 16. 22) 1 Cor. 1, 20. 21. 22. 23. 24. 23) Ioh. 4, 22. Rom. 9, 31. 32. Phil. 3, 4. 5. 6. 7. 8. 9. 24) Act. 4, 12. 25) Eph. 5, 23.

*Q. Omnesne salvantur, quotquot Evangelium audiunt, et in Ecclesia vivunt?*

*R.* Non salvantur omnes qui Evangelium audiunt, ac in Ecclesia visibili vitam degunt; verum illi soli qui membra sunt Ecclesiae invisibilis<sup>1)</sup>.

*Q. Quid est Ecclesia visibilis?*

*R.* Ecclesia visibilis est societas ex iis omnibus quotquot in omnibus mundi locis temporibusque religionem veram profiteantur<sup>2)</sup>, eorumque liberis coagmentata<sup>3)</sup>.

*Q. Quanam sunt peculiaria visibilis Ecclesiae privilegia?*

*R.* Ecclesia visibilis hoc habet privilegii, quod sit sub speciali Dei cura ac regimine<sup>4)</sup>; unde per omnes aetates, hostibus omnibus nequicquam contranitentibus<sup>5)</sup>, protecta fuit et conservata; quod Sanctorum communione, salutisque mediis ordinariis potiatur<sup>6)</sup>; quodque singulis eiusdem membris in ministerio Evangelii gratia per Christum offeratur, qui salvatum iri, quicumque in eum crediderit, testificatur<sup>7)</sup>; neminem autem excludit qui ad ipsum venire velit<sup>8)</sup>.

*Q. Quid est Ecclesia invisibilis?*

*R.* Invisibilis Ecclesia, est electorum numerus universus, quotquot nempe fuerunt, sunt, aut erunt usquam in unum collecti sub Christo capite<sup>9)</sup>.

*Q. Quae sunt specialia illa beneficia, quibus Ecclesiae invisibilis membra per Christum potiuntur?*

*R.* Membra Ecclesiae invisibilis per Christum in gratia ac gloria unione cum ipso et communione potiuntur<sup>10)</sup>.

*Q. Quid est unio illa, quae electis cum Christo intercedit?*

*R.* Unio quae electis cum Christo intercedit, est opus Divinae gratiae<sup>11)</sup>, quo spiritualiter quidem ac mystice, realiter tamen ac inseparabiliter Christo tanquam capiti ac marito suo coniunguntur<sup>12)</sup>; quod quidem effectum est vocatione illorum efficaci<sup>13)</sup>.

*Q. Quid est vocatio efficax?*

*R.* Vocatio efficax est opus omnipotentis potestatis et gratiae Dei<sup>14)</sup>, quo ex amore suo erga electos, gratuito illo quidem ac speciali nulla in ipsis re quicquam eum ad id movente<sup>15)</sup>, tempore

1) Ioh. 12, 38, 39, 40. Rom. 9, 6. Mat. 22, 14. Mat. 7, 21. Rom. 11, 7. 2) 1 Cor. 1, 2. 1 Cor. 12, 13. Rom. 15, 9. 10. 11. 12. Apoc. 7, 9. Psal. 2, 8. Psal. 22, 27. 28. 29. 30. 31. Psal. 45, 17. Mat. 28, 19. 20. Isa. 59, 21. 3) 1 Cor. 7, 14. Act. 2, 39. Rom. 11, 16. Gen. 17, 7. 4) Isa. 4, 5. 6. 1 Tim. 4, 10. 5) Psal. 115. per totum. Isa. 31, 4. 5. Zach. 12, 2. 3. 4. 8. 9. 6) Act. 2, 39. 42. 7) Psal. 147; 19. 28. Rom. 9, 4. Eph. 4, 11. 12. Marc. 16, 15. 16. 8) Ioh. 6, 87. 9) Eph. 1, 10. 22. 23. Ioh. 10, 16. Ioh. 11, 52. 10) Ioh. 17, 22. Eph. 2, 5. 6. Ioh. 17, 24. 11) Eph. 1, 22. Eph. 2, 6. 7. 8. 12) 1 Cor. 6, 17. Ioh. 10, 28. Eph. 5, 23. 30. 13) 1 Pet. 5, 10. 1 Cor. 1, 9. 14) Ioh. 5, 25. Eph. 1, 18. 19. 20. 2 Tim. 1, 8. 9. 15) Tit. 3, 4. 5. Eph. 2, 4. 5. 7. 8. 9. Rom. 9, 11.

suo accepto, per verbum suum Spiritumque ad Iesum Christum eos invitat atque trahit<sup>1)</sup>, salutariter mentes eorum illuminans<sup>2)</sup>, voluntates renovans<sup>3)</sup>, ac potenter determinans, adeo quidem ut per se mortui licet in peccatis sint, hac ratione tamen volentes fiant ac potentes, vocationi ipsius liberrime respondere, gratiamque inibi oblatam et exhibitam excipere quidem et amplectari<sup>4)</sup>.

*Q. An soli electi vocantur efficaciter?*

R. Omnes et soli electi vocantur efficaciter<sup>5)</sup>, quamvis alii etiam verbi ministerio externe vocari et possint et soleant<sup>6)</sup>, communesque nonnullas operationes Spiritus experiri<sup>7)</sup>, qui ob contumaciam suam gratiae sibi oblatae neglectum et contemptum, nunquam vere ad Christum accedunt, in sua nempe infidelitate quam iustissime derelicti<sup>8)</sup>.

*Q. Qualis est communio in gratia quae membris Ecclesiae invisibilis cum Christo intercedit?*

R. Communio in gratia quae membris Ecclesiae invisibilis cum Christo intercedit, est eorum de virtute mediationis Christi participatio, in iustificatione<sup>9)</sup>, adoptione<sup>10)</sup>, sanctificatione et quicquid aliud sit, quod eorum cum ipso unionem in hac vita manifestat<sup>11)</sup>.

*Q. Quid est iustificatio?*

R. Iustificatio est actus gratitiae Dei erga peccatores gratitiae<sup>12)</sup>, quo peccata illorum omnia condonat, personas eorum pro iustis in conspectu ipsius acceptat reputatque<sup>13)</sup>, non quidem propter quicquam in iis productum aut ab iis praestitum<sup>14)</sup>, verum propter solam Christi perfectam obedientiam, ac plenam satisfactionem a Deo illis imputatam<sup>15)</sup>, receptam autem fide solum<sup>16)</sup>.

*Q. Quomodo est iustificatio actus gratitiae Dei gratitiae?*

R. Quamquam Christus obedientia et morte sua, iustitiae divinae propriae, realiter, ac plene illorum vice, qui iustificantur, satisfecit<sup>17)</sup>, nihilominus tamen in quantum Deus satisfactionem, quam ab illis poterat exegisse, a vade acceptavit, vademque hunc iis procuravit, filium nempe suum unicum<sup>18)</sup>, imputans iis iustitiam eius<sup>19)</sup>, nihilque ab iis ad iustificationem eorum re-

1) 2 Cor. 5, 20. cum 2 Cor. 6, 1. 7. Ioh. 6, 44. 2 Thes. 2, 13. 14. 2) Act. 26, 18. 1 Cor. 2, 10. 12. 3) Ezech. 11, 19. Ezech. 36, 26. 27. Ioh. 6, 45. 4) Eph. 2, 5. Phil. 2, 13. Deut. 30, 6. 5) Act. 13, 48. 6) Matt. 22, 14. 7) Matt. 7, 22. Mat. 13, 20. 21. Heb. 6, 4. 5. 8) Ioh. 12, 38. 39. 40. Act. 28, 25. 26. 27. Ioh. 6, 64. 65. Psal. 81, 11. 12. 9) Rom. 8, 30. 10) Eph. 1, 5. 11) 1 Cor. 1, 30. 12) Rom. 3, 22. 24. 25. Rom. 4, 5. 13) 2 Cor. 5, 19. 21. Rom. 3, 22. 24. 25. 27. 28. 14) Tit. 3, 5. 7. Eph. 1, 7. 15) Rom. 5, 17. 18. 19. Rom. 4, 6. 7. 8. 16) Act. 10, 43. Gal. 2, 16. Phil. 3, 9. 17) Rom. 5, 8. 9. 10. 19. 18) 1 Tim. 2, 5. 6. Heb. 10, 10. Mat. 20, 28. Dan. 9, 24. 26. Isa. 53, 4. 5. 6. et 10. 11. 12. Heb. 7, 22. Rom. 8, 32. 1 Pet. 1, 18. 19. 19) 2 Cor. 5, 21.

quirens praeter fidem<sup>1)</sup>, quae etiam ipsa illius donum est<sup>2)</sup>, iustificatio illorum est quoad ipsos a gratia gratuita<sup>3)</sup>.

*Q. Quid est fides iustificans?*

R. Fides iustificans est gratia salutaris<sup>4)</sup>, a Spiritu<sup>5)</sup>, verboque<sup>6)</sup> Dei effecta in corde peccatoris, qua convictus peccati ac miseriae suae, ut et summae illius quae in ipso est reliquisque omnibus creaturis impotentiae, eum a perdita sua et plane conclamata conditione vindicandi<sup>7)</sup>, non solum Evangelicae promissionis veritati assentitur<sup>8)</sup>, verum etiam Christum, eiusque iustitiam recipit, iisque nititur inibi oblatis, in remissionem peccati<sup>9)</sup>, personaeque suae pro iusta in conspectu Dei acceptationem et reputationem ad salutem<sup>10)</sup>.

*Q. Quomodo fides iustificat peccatorem in conspectu Dei?*

R. Fides iustificat peccatorem in conspectu Dei, non quidem propter alias illas, quae perpetuo illam comitantur, gratias; sed neque sane propter ea, quae fructus eius sunt<sup>11)</sup>, bona opera; neque perinde ac si ipsa fidei gratia, aut eiusdem actus quivis, ad iustificationem illi esset imputatus<sup>12)</sup>; verum solummodo quatenus instrumentum est, quo Christum eiusque iustitiam recipit applicatque<sup>13)</sup>.

*Q. Quid est adoptio?*

R. Adoptio est actus gratiae Dei gratuita<sup>14)</sup>, in et pro Iesu Christo filio eius unico<sup>15)</sup>, quo iustificati omnes in numerum filiorum eius recipiuntur<sup>16)</sup>, impositum sibi habent eius nomen<sup>17)</sup>, Spiritum filii eius dono accipiunt<sup>18)</sup>, sub paterna ipsius cura ac dispensatione constituuntur<sup>19)</sup>, ad immunitates omnes ac privilegia filiorum Dei admittuntur, promissionum sunt haeredes et cum Christo in gloria cohaeredes<sup>20)</sup>.

*Q. Quid est sanctificatio?*

R. Sanctificatio est opus Divinae gratiae, quae omnes, quos Deus ante iacta mundi fundamenta elegit ad sanctimoniam, sunt per potentem operationem Spiritus eius<sup>21)</sup>, Christi mortem eius et resurrectionem applicantis<sup>22)</sup>, in tempore per totum hominem ad imaginem Dei renovati<sup>23)</sup>: indita cordibus suis habentes respicientiae ad vitam, aliarumque gratiarum omnium salutarium<sup>24)</sup>,

1) Rom. 3, 24. 25. 2) Eph. 2, 8. 3) Eph. 1, 7. 4) Heb. 16, 39. 5) 2 Cor. 4, 13. Eph. 1, 17. 18. 19. 6) Rom. 10, 16. 17. 7) Act. 2, 37. Act. 16, 30. Ioh. 16, 8. 9. Rom. 5, 6. Eph. 2, 1. Act. 4, 12. 8) Eph. 1, 13. 9) Ioh. 1, 12. Act. 16, 31. Act. 10, 43. 10) Phil. 3, 9. Act. 15, 11. 11) Gal. 3, 11. Rom. 3, 28. 12) Rom. 4, 5. cum Rom. 10, 10. 13) Ioh. 1, 12. Phil. 3, 9. Gal. 2, 16. 14) I Ioh. 3, 1. 15) Eph. 1, 5. Gal. 4, 4. 5. 16) Ioh. 1, 12. 17) 2 Cor. 6, 18. Apoc. 3, 12. 18) Gal. 4, 6. 19) Psal. 103, 13. Prov. 14, 26. Matt. 6, 32. 20) Heb. 6, 12. Rom. 8, 17. 21) Eph. 1, 4. 1 Cor. 6, 11. 2 Thes. 2, 13. 22) Rom. 6, 4. 5. 6. 23) Ephes. 4, 23. 24) Act. 11, 18. 1 Ioh. 3, 9.

semias, ipsasque gratias ita excitatas, auctas et confirmatas <sup>1)</sup>, ut magis in dies magisque peccato moriantur, atque ad novitatem vitæ resurgant ac reviviscant <sup>2)</sup>.

*Q. Quid est resipiscentia ad vitam?*

*R.* Resipiscentia ad vitam est gratia salvifica <sup>3)</sup> a Spiritu <sup>4)</sup> verboque <sup>5)</sup> Dei effecta in corde peccatoris, qua ex inspectu sensuque non solum periculi <sup>6)</sup>, sed etiam turpitudinis, et exosæ naturæ peccatorum suorum <sup>7)</sup>, atque e perspecta Dei erga resipiscentes in Christo misericordia <sup>8)</sup>, ita peccata sua deflet <sup>9)</sup> ac detestatur <sup>10)</sup>, ut ab iis omnibus ad Deum convertatur <sup>11)</sup>, cum proposito et conatu in omnibus novæ obedientiæ viis constanter cum ipso ambulandi <sup>12)</sup>.

*Q. In quo a se invicem differunt iustificatio et sanctificatio?*

*R.* Quamquam sanctificatio iustificationi inseparabiliter plane sit coniuncta <sup>13)</sup>, in eo tamen differunt, quod in iustificatione Deus imputet iustitiam Christi <sup>14)</sup>, in sanctificatione autem Spiritus eius gratiam infundat, eamque exercendi potentiam suppeditat <sup>15)</sup>; in illa peccatum condonatur <sup>16)</sup>, in hac sub iugum mittitur <sup>17)</sup>: altera fideles ex aequo omnes ab ira Dei vindicante, idque in hac vita perfecte liberat, adeo ut in condemnationem nunquam incidant <sup>18)</sup>, altera vero neque in omnibus aequalis existit <sup>19)</sup>, neque in quoquam est in hac vita perfecta <sup>20)</sup>, verum ad perfectionem adolescit <sup>21)</sup>.

*Q. Unde oritur sanctificationis in fidelibus imperfectio?*

*R.* Imperfectio sanctificationis in fidelibus oritur e reliquis peccati in omni eorum parte remanentibus, perpetuis carnis adversus spiritum concupiscentiis, unde fit ut a tentationibus vincantur sæpius, in peccata multa incidant <sup>22)</sup>, in officiis suis spiritualibus sufflammentur <sup>23)</sup>, operaque eorum optima in conspectu Dei imperfecta sint et contaminata <sup>24)</sup>.

*Q. Annon feri possit propter eorum qua imperfectiones, qua tentationes multas, ac peccata, quae admittunt, ut e statu gratiæ tandem excidant fideles?*

*R.* Vere fideles per amorem Dei immutabilem <sup>25)</sup>, eiusque

1) In dæ v. 20. Heb. 6, 11. 12. Eph. 3, 16. 17. 18. 19. Col. 1, 10. 11.  
 2) Rom. 6, 4. 6. 14. Gal. 5, 24. 3) 2 Tim. 2, 25. 4) Zech. 12, 10.  
 5) Act. 11, 18. 20. 21. 6) Ezech. 18, 28. 30. 32. Luc. 15, 17. 18. Hos. 2,  
 6. 7. 7) Ezech. 36, 31. Isa. 30, 22. 8) Joel 2, 12. 13. 9) Ier.  
 31, 18. 19. 10) 2 Cor. 7, 11. 11) Act. 26, 18. Ezech. 14, 6. 1 Reg.  
 8, 47. 48. 12) Psal. 119, 6. 59. 128. Luc. 1, 6. 2 Reg. 23, 25.  
 13) 1 Cor. 6, 11. 1 Cor. 1, 30. 14) Rom. 4, 6. 8. 15) Ezech. 36,  
 27. 16) Rom. 3, 24. 25. 17) Rom. 6, 6. 14. 18) Rom. 8, 33. 34.  
 19) 1 Ioh. 2, 12. 13. 14. Heb. 5, 12. 13. 14. 20) 1 Ioh. 1, 8. 10. 21) 2  
 Cor. 7, 1. Phil. 3, 12. 13. 14. 22) Rom. 7, 18. 23. Marc. 14, 66. ad  
 finem. Gal. 2, 11. 12. 23) Heb. 12, 1. 24) Isa. 64, 6. Exod. 28, 38.  
 25) Ier. 31, 3.

decretum ac fœdus perseverantiam eis largiendi<sup>1)</sup>, ut etiam inseparabilem eorum cum Christo unionem<sup>2)</sup>, eiusque pro eis intercessionem perpetuam<sup>3)</sup>, per spiritum denique semenque Dei in ipsis permanentes<sup>4)</sup>, statu gratiæ nec finaliter neque totaliter possunt excidere<sup>5)</sup>; veram potentiam Dei per fidem custodiuntur ad salutem<sup>6)</sup>.

*Q. Possuntne vere fideles infallibilem habere certitudinem se in statu gratiæ constitutos, deque sui in eodem perseverantiam ad salutem?*

*R. Qui vere in Christum credent, studentes coram ipso in omni bona conscientia ambulare<sup>7)</sup>, possunt quidem absque revelatione extraordinaria per fidem veritati promissionum Dei nixam, perque Spiritum facultatem iis subsistentem, qua gratias illas quibus promissiones vitæ fiunt<sup>8)</sup>, discernere valeant in se ipsis, et una cum spiritibus eorum testificantem eos esse Dei filios<sup>9)</sup>, infallibiliter certi evadere esse se cum in statu gratiæ constitutos, tum perseverantissimos in eodem ad salutem<sup>10)</sup>.*

*Q. An omnes vere fideles, omni tempore, certi sunt de presentis sui in gratiæ statu, deque futura salute?*

*R. Quum certitudo gratiæ ac salutis de essentia fidei consistit<sup>11)</sup>, vere fideles priusquam eam consequantur, diu possunt expectare<sup>12)</sup>, quia etiam postquam eam adepti sunt, perturbationibus quidem multifariis, peccatis, tentationibus, ac desertionibus debilitari illa potest ac intermittere<sup>13)</sup>; nunquam tamen ea Spiritus Dei præsentia, iisque subsidiis destituuntur, quæ eos sustentant quominus in desperationem penitus demergantur<sup>14)</sup>.*

*Q. Quanam est communitio gloriæ, quæ membris Ecclesiæ invisibilis cum Christo intercedit?*

*R. Communitio gloriæ, quæ membris ecclesiæ invisibilis cum Christo intercedit, est cum in hac vita<sup>15)</sup>, tum immediate post mortem<sup>16)</sup>, tum vero etiam perfecta domum in resurrectione, ac die iudicii<sup>17)</sup>.*

*Q. Quanam est illa gloriæ cum Christo communitio, quæ membra Ecclesiæ invisibilis in hac vita possunt?*

*R. Membra Ecclesiæ invisibilis primitiæ gloriæ cum Christo in hac vita communicantur, in quantum eius, capitis nempe sui, membra sunt; adeoque in ipso ius habent in illa gloria, cuius plenam ille possessionem est assecutus<sup>18)</sup>, cuiusque velut archæ-*

1) 2 Tim. 2, 19. Heb. 13, 20. 21. 2 Sam. 23, 5. 2) 1 Cor. 1, 8. 9. 3) Heb. 7, 25. Luc. 22, 32. 4) 1 Ioh. 3, 9. 1 Ioh. 2, 27. 5) Ier. 32, 40. Ioh. 10, 28. 6) 1 Pet. 1, 5. 7) 1 Ioh. 2, 3. 8) 1 Cor. 2, 12. 1 Ioh. 3, 14. 18. 19. 21. 24. 1 Ioh. 4, 13. 16. Heb. 6, 11. 12. 9) Rom. 8, 16. 10) 1 Ioh. 5, 13. 11) Eph. 1, 13. 12) Isa. 50, 10. Psal. 88, per totum. 13) Psal. 77, 1. ad 12. Cant. 5, 2. 3. 6. Psal. 51, 8. 12. Psal. 31, 22. Psal. 22, 1. 14) 1 Ioh. 3, 9. Ioh. 13, 15. Psal. 73, 15. 23. Isa. 54, 4. 7. 8. 9. 10. 15) 2 Cor. 3, 18. 16) Luc. 23, 43. 17) 1 Thess. 4, 17. 18) Eph. 2, 5. 6.



hinc quaedam divini amoris sensu<sup>1)</sup>, conscientiae pace, gaudis in Spiritu sancto, et spe gloriæ potiuntur<sup>2)</sup>. Quomodo autem contrario, sensus irae Dei vindicantis, conscientiae horror, iudicijque terribilis expectatio improbis initia sunt illorum cruciatuum, qui ab illis sunt post mortem subcondi<sup>3)</sup>.

*Q. An omnes homines moriantur?*

R. Quandoquidem lex mortem tanquam peccati mercedem interminat<sup>4)</sup>, constitutum est omnibus semel mori<sup>5)</sup>, in quantum omnes peccaverunt<sup>6)</sup>.

*Q. Quomodo mors sit peccati stipendium, unde fit ut a morte non eximantur iusti, postquam omnia illorum peccata in Christo remittuntur?*

R. Iusti in die novissimo a morte ipsa liberabuntur, quietiam, in ipsa morte ab aere et maledictione liberantur<sup>7)</sup>, adeo ut quamvis moriantur, ex Dei amore illud fit<sup>8)</sup>, nempe ut hac ratione perfecti a peccato et miseria liberentur<sup>9)</sup>, et ulterioris communionis cum Christo in gloria fiant capaces, quantum quidem primum ingrediantur<sup>10)</sup>.

*Q. Quanam est ea communicatio gloriæ cum Christo qua membra Ecclesiae invisibiles immediate post mortem potiuntur?*

R. Communicatio gloriæ cum Christo, qua membra Ecclesiae invisibiles immediate post mortem potiuntur, in eo consistit, quod eorum animæ in sanctitate tum demum fiant perfectæ<sup>11)</sup>, atque in supremos coelos recipiantur<sup>12)</sup>, ubi in luniae et gloriæ faciem Dei intuentur<sup>13)</sup>, corporum suorum redemptionem expectantes<sup>14)</sup>; quæ Christo vel etiam post mortem unita manent<sup>15)</sup>, atque in sepulchris suis tanquam in lectis requiescunt<sup>16)</sup>, donec in die novissimo animabus suis deo uniantur<sup>17)</sup>. Impiorum vero animæ a morte continuo in gehennam detraduntur, ubi in cruciatibus et tenebris exterioribus durant, eorumque corpora in sepulchris suis tanquam in carceribus usque ad resurrectionem et magni illius diei iudicium asservantur<sup>18)</sup>.

*Q. Quid autem de resurrectione tenetur credere?*

R. Credere tenetur futuram esse in die novissimo resurrectionem mortuorum tam iustorum quam iniustorum universalem<sup>19)</sup>; quo certe tempore, quotquot in vivis réperientur, in ictu oculi mutantur: mortuorum autem corpora ipsissima illa, quæ in se-

1) Rom. 5, 5. cum. 2 Cor. 1, 22. 2) Rom. 5, 1. 2. Rom. 14, 17.  
 3) Gen. 4, 13. Matt. 27, 4. Heb. 10, 27. Rom. 2, 9. Marc. 9, 44.  
 4) Rom. 6, 23. 5) Heb. 9, 27. 6) Rom. 5, 12. 7) 1 Cor. 15, 26.  
 56. Heb. 2, 15. 8) Isa. 57, 1. 2. 2 Reg. 22, 20. 9) Apoc. 14, 13.  
 Eph. 5, 27. 10) Luc. 23, 43. Phil. 1, 23. 11) Heb. 12, 23. 12) 2  
 Cor. 5, 1. 6. 8. Phil. 1, 23. cum Act. 3, 21. et Eph. 4, 10. 13) 1  
 Ioh. 3, 2. 1 Cor. 13, 12. 14) Rom. 8, 23. Psal. 19, 6. 15) 1 Thea.  
 4, 14. 16) Isa. 57, 2. 17) Iob. 19, 26. 27. 18) Luc. 16, 23. 24.  
 Act. 1, 25. Iudae v. 6. et 7. 19) Act. 24, 15.

pulchris prius deponerentur, animabus suis denno in aeternam unita per potentiam Christi suscitabantur<sup>1)</sup>; corpora iustorum per Spiritum et vi resurrectionis Christi (quatenus eorum capitis) suscitabantur in potentia, spiritualia, incorruptibilia, et gloriose ipsius corpori conformata<sup>2)</sup>: corpora vero impiorum suscitabantur in dedecore, per eundem quatenus laesam iudicem<sup>3)</sup>.

*Q. Quid est immediate post resurrectionem secuturum?*

*R.* Post resurrectionem immediate sequetur iudicium Angelorum hominumque generale ac finale<sup>4)</sup>, cuius diem quidem horamque nemo mortalium novit, nempe quo omnes vigilis se ac orationi addicant, semperque sint in adventum Domini praeparati<sup>5)</sup>.

*Q. Quid fiet improbis in die iudicii?*

*R.* Improbi in die iudicii ad laevam Christi constituentur<sup>6)</sup>, et post probationem evidentem, et conscientiae ipsorum convictionem plenam<sup>7)</sup>, tremenda, sed iusta condemnationis sententia adversus eos pronuntiabitur<sup>8)</sup>; deinde vero praesentia Dei gratiosa, gloriosa Christi, Sanctorum eius, angelorumque eius sanctorum omnium societate eiciuntur in gehennam tormentis ineffabilibus animi corporisque, puniendi cum diabolo eiusque angelis in aeternum<sup>9)</sup>.

*Q. Quid fiet iustis in die iudicii?*

*R.* Iusti in die iudicii ad Christum in nubibus sursum rapti<sup>10)</sup>, sistuntur ad dextram eius, ubi palam agnoscentur et absolventur<sup>11)</sup>; tum vero Christo assessores erunt, reprobos angelos hominesque iudicanti<sup>12)</sup>, coelo excipientur<sup>13)</sup>, ubi plene ac in perpetuum peccato ac miseria liberabuntur<sup>14)</sup>, gaudiis non concipiendis erunt repleti<sup>15)</sup>, fient perfecta sancti et beati cum in anima, tum in corpore, consortio nempe sanctorum tam hominum quam Angelorum innumerabilium<sup>16)</sup>, tum vero praecipue immediata Dei Patris, Domini nostri Iesu Christi et Spiritus sancti visione et fruitione in sempiternum<sup>17)</sup>. Atque haec quidem est communio illa plena et perfecta, qua membra Ecclesiae invisibilis cum Christo in gloria, in resurrectione, et die iudicii potentur.

1) 1 Cor. 15, 51. 52. 53. 1 The. 4, 15. 16. 17. Ioh. 5, 28. 29. 2) 1 Cor. 15, 21. 22. 23. 42. 43. 44. Phil. 3, 21. 3) Ioh. 5, 27. 28. 29. Mat. 25, 33. 4) 2 Pet. 2, 4. Iudae v. 6. 7. 14. 15. Mat. 25, 46. 5) Mat. 24, 36. 42. 44. Luc. 21, 35. 36. 6) Mat. 25, 33. 7) Rom. 2, 15. 16. 8) Mat. 25, 41. 42. 43. 9) Luc. 16, 26. 2 The. 1, 8. 9. 10) 1 The. 4, 17. 11) Mat. 25, 33. Mat. 10, 32. 12) 1 Cor. 6, 2. 3. 13) Mat. 25, 34. 46. 14) Eph. 5, 27. Apoc. 14, 13. 15) Psal. 16. 11. 16) Heb. 12, 22. 23. 17) 1 Ioh. 3, 2. 1 Cor. 13, 12. 1 The. 4, 17. 18.

*Postquam iam perspeximus quid nos praecipue de Deo credere doceant Scripturae, sequitur, ut, quid exigant, tanquam hominis officium, dispiciamus.*

**Q.** Quodnam est officium illud, quod exigit ab homine Deus?

**R.** Officium quod ab homine Deus exigit est obedientia voluntati eius revelatae<sup>1)</sup>.

**Q.** Quid homini primum tanquam obedientiae suae regulam revelavit Deus?

**R.** Obedientiae regula Adamo in statu innocentiae, totique in eo humano generi revelata, praeter mandatum speciale de non comedendo fructu arboris scientiae boni malique, erat lex moralis<sup>2)</sup>.

**Q.** Quid est lex moralis?

**R.** Lex moralis est voluntatis Divinae humano generi declaratio, unumquemque dirigens obligansque ad personalem perfectam ac perpetuam conformitatem et obedientiam eidem exhibendam<sup>3)</sup>; cum totius hominis animae corporisque affectione ac dispositione debita, tum praestatione omnium officiorum tam sanctimoniae quam iustitiae Deo hominique debitorum<sup>4)</sup>, vitam promittens observantibus, mortem autem interminans eandem violentibus<sup>5)</sup>.

**Q.** Estne lex moralis homini post lapsum utilis?

**R.** Quamvis post lapsum nemo per legem moralem ad iustitiam vitamque possit pertingere<sup>6)</sup>, utilitatem tamen habet non mediocrem, tam omnibus hominibus communem, quam qua regentis, qua non regentis peculiarem<sup>7)</sup>.

**Q.** Quomodo omnibus utilis est lex moralis?

**R.** Lex moralis utilis est omnibus, ad edocendum eos sanctam Dei naturam ac voluntatem<sup>8)</sup>, suumque officium, quos etiam obligat ad consentaneam ambulandum<sup>9)</sup>: ad convincendum eos, quam sint ad observandam illam prorsus impotentes, quantaque sint et quam nefaria naturae, cordis, vitaeque suae inquinamenta<sup>10)</sup>: ad humiliandum eos e sensu peccati sui ac miseriae<sup>11)</sup>,

1) Rom. 12, 1. 2. Mich. 6, 8. 1 Sam. 15, 22. 2) Gen. 1, 26. 27. Rom. 2, 14. 15. Rom. 10, 5. Gen. 2, 17. 3) Dent. 5, 1. 2. 3. 31. 33. Luc. 10, 26. 27. Gal. 3, 10. 1 The. 5, 23. 4) Luc. 1, 75. Act. 24, 16. 5) Rom. 10, 5. Gal. 3, 10. 12. 6) Rom. 8, 3. Gal. 2, 16. 7) 1 Tim. 1, 8. 8) Lev. 11, 44. 45. Lev. 20, 7. 8. Rom. 7, 12. 9) Mic. 6, 8. Iac. 2, 10. 11. 10) Psal. 19, 11. 12. Rom. 3, 20. Rom. 7, 7. 11) Rom. 3, 9. 23.

quo constare possit iis evidentius quam necessarius eis Christus sit.<sup>1)</sup>, quamque perfecta ipsius obedientia<sup>2)</sup>).

*Q. Quis peculiaris usus legis moralis hominibus non regenitis?*

R. Lex moralis usui est non regenitis ad conscientias ipsorum exercefaciendas, ut fugiant ab ira ventura<sup>3)</sup>, eosque ad Christum adigendos<sup>4)</sup>; vel si in statu peccati permanserint, ut omni excusatione nudi<sup>5)</sup>, et maledictioni legis subiecti<sup>6)</sup> relinquuntur.

*Q. Quis usus legis moralis regenitis specialis?*

R. Quamvis qui regenerantur et in Christum credunt, a lege morali, quatenus erat foedus operum, liberentur<sup>7)</sup>, adeo ut inde nec iustificentur<sup>8)</sup>, nec condemnentur<sup>9)</sup>; nihilominus praeter eius generales usus cum universo humano genere iis communes, est iis porro speciali modo utilis, nempe ut inde intelligere possint quantum Christo debeant, qui eorum loco eorumque bono eam praestitit, eiusque maledictionem subiit<sup>10)</sup>; utque adeo inde ad maiorem gratitudinem provocentur<sup>11)</sup>, eandemque manifestandam maiori cura semetipsos legi tanquam obedientiae suae normae conformando<sup>12)</sup>.

*Q. Ubinam summarie comprehenditur lex moralis?*

R. Lex moralis summarie comprehenditur, in decem praecipis decalogi, quae voce Dei in monte Sinai tradita, ab eoque inscripta in duabus tabulis lapideis<sup>13)</sup>, descripta vero extant *Exodi* 20. quatuor quidem mandata prima officium nostrum erga Deum; reliqua sex officium nostrum erga homines complectuntur<sup>14)</sup>.

*Q. Ut Decalogus recte intelligatur, quatenam regulae sunt observandae?*

R. Ut Decalogus recte intelligatur, isthaec regulae sunt observandae.

1) Lex est perfecta, unumquemque obligans ad accuratam totius hominis cum iustitia eiusdem congruentiam, ad obedientiam integram et perpetuam, adeo quidem ut summam exigat cuiusque officii perfectionem, gradum vero peccati minimum quemque prohibeat<sup>15)</sup>.

2) Lex est spiritualis, adeoque non minus intellectum, volunta-

1) Gal. 3, 21. 22. 2) Rom. 10, 4. 3) 1 Tim. 1, 9. 10. 4) Gal. 3, 24. 5) Rom. 1, 20. cum Rom. 2, 15. 6) Gal. 3, 10. 7) Rom. 6, 14. Rom. 7, 4. Gal. 4, 4. 5. 8) Rom. 3, 20. 9) Gal. 5 23. Rom. 8, 1. 10) Rom. 7, 24. 25. Gal. 3, 13. 14. Rom. 8, 3. 4. 11) Luc. 1, 68. 69. 74. 75. Col. 1, 12. 13. 14. 12) Rom. 7, 22. Rom. 12, 2. Tit. 2, 11. 12. 13. 14. 13) Deut. 10, 4. Exod. 34, 1. 2. 3. 4. 14) Mat. 22, 37. 38. 39. 40. 15) Psal. 19, 7. Luc. 2, 10. Mat. 5, 21. ad finem.

tem, affectiones, ceterasque omnes animae potentias pertingit, quam verba, opera, gestasque externos<sup>1)</sup>.

5) Res una eademque, respectu alio atque alio, in pluribus mandatis aut praecipitur aut prohibetur<sup>2)</sup>.

4) Quomodo ubi officium praecipitur, peccatum ei contrarium prohibetur<sup>3)</sup>; ubicunque vero prohibetur peccatum quodvis, ibi etiam praecipitur officium eidem contrarium<sup>4)</sup>: ad eundem modum ubi promissum subiungitur, includitur ei contraria comminationis<sup>5)</sup>; ubi vero interminatio subnectitur, contrarium ibi promissum subintelligitur<sup>6)</sup>.

6) Quod Deus prohibet id nullo tempore faciendum est<sup>7)</sup>, quod vero praecipit semper quidem tamquam officium nobis incumbit<sup>8)</sup>; at unumquodque officium particulare omni tempore praestare non tenemur<sup>9)</sup>.

6) Sub uno seu peccato sive officio eiusdem generis omnia aut prohibentur, aut praecipuntur, una cum omnibus eorum causis, mediis, occasionibus, ut etiam quaecunque eorum vel speciem habent, cum omnibus eorundem irritamentis<sup>10)</sup>.

7) Quicquid nobis ipsis aut prohibetur aut praecipitur, illud conari tenemur, pro eo statu in quo sumus constituti, ut etiam ab aliis pro illorum statu ac officio aut declinetur aut praestetur<sup>11)</sup>.

8) Quicquid aliis praecipitur, in eo pro ratione status vocationisque nostrae adiutores iis esse debemus<sup>12)</sup>; summe autem cavere ne cum aliis in iis quae prohibentur simus participes<sup>13)</sup>.

*Q. Quae specialiter sunt nobis in decem praeceptis consideranda?*

*R.* Considerandae nobis sunt in decem praeceptis cum praefatio, tum mandati cuiusque substantia; tum etiam denique rationes illae quae praeceptis nonnullis quo magis fiant efficacia subnectuntur.

*Q. Quanam est praefatio mandatis praemissa?*

*R.* Praefatio mandatis praemissa in hisce verbis continetur [*Ego sum Dominus Deus tuus, qui te eduxi e terra Aegypti, e domo servitutis*<sup>14)</sup>] ubi primatum suum Deus manifestat, ut qui Iehova nempe sit, aeternus, immotabilis, ac omnipotens Deus<sup>15)</sup>,

1) Rom. 7, 14. Dent. 6, 5. cum Mat. 23, 37. 38. 39. Matt. 5, 21. 22. 27. 28. 36. ad finem. 2) Col. 3, 5. Amos 8, 5. Prov. 1, 19. 1. Tim. 6, 10. 3) Isa. 58, 13. Dent. 6, 13. cum Mat. 4, 9. 10. Mat. 15, 4. 5. 6. 4) Mat. 5, 21. 22. 23. 24. 25. Eph. 4, 28. 5) Exod. 20, 12. cum Prov. 30, 17. 6) Ier. 18, 7. 8. Exod. 20, 7. cum Psal. 15, 1. 4. 5. et Psal. 24, 4. 5. 7) Iob. 13, 7. 8. Rom. 3, 8. Iob. 38, 21. Heb. 11, 25. 8) Dent. 4, 8. 9. 9) Mat. 12, 7. 10) Mat. 5, 21. 22. 27. 28. Mat. 15, 4. 5. 6. Heb. 10, 24. 25. 1 Thess. 5, 22. Iudae v. 23. Gal. 5, 28. Col. 3, 21. 11) Exod. 20, 10. Lev. 19, 17. Gen. 18, 19. Iosh. 24, 15. Dent. 6, 6. 7. 12) 2 Cor. 1, 24. 13) 1 Tim. 5, 22. Eph. 5, 11. 14) Exod. 20, 2. 15) Isa. 44, 6.

qui in se ipso et a se ipso existens<sup>1)</sup>, verbis<sup>2)</sup> operibusque<sup>3)</sup> suis omnibus dat existentiam; seque Deum esse, qui foedus iniit, prout olim cum Israëlè, ita cum populo suo universo<sup>4)</sup>, qui que sicut illos eduxit ex ipsorum in Aegypto servitute, ita nos a spiritali nostra servitute liberat<sup>5)</sup>, proindeque teneri nos cum solum pro Deo nostro acceptare, omniaque eius mandata observare<sup>6)</sup>.

*Q. Quanam summa est quatuor mandatorum quae officium nostrum erga Deum complectuntur?*

*R.* Summa quatuor mandatorum quae officium nostrum erga Deum complectuntur haec est, ut Dominum nempe Deum nostrum toto corde, tota anima, totis viribus, totaque mente nostra diligamus<sup>7)</sup>.

*Q. Quodnam est mandatum primum?*

*R.* Mandatum primum hoc est [*Non habebis alios Deos eorum me*<sup>8)</sup>].

*Q. Quanam officia imperantur mandato primo?*

*R.* Officia quae mandato primo imperantur huiusmodi sunt, cognoscere et agnoscere Deum esse solum verum Deum, Deumque nostrum<sup>9)</sup>; eumque ut talem colere et glorificare<sup>10)</sup>, de ipso cogitando<sup>11)</sup>, meditando<sup>12)</sup>, illum recordando<sup>13)</sup>, faciendo plurimi<sup>14)</sup>, honorando<sup>15)</sup>, adorando<sup>16)</sup>, eligendo<sup>17)</sup>, diligendo<sup>18)</sup>, desiderando<sup>19)</sup>, timendo<sup>20)</sup>, ei credendo<sup>21)</sup>, fidendo<sup>22)</sup>, in eoque sperando<sup>23)</sup>, oblectando nosmet<sup>24)</sup>, exultando<sup>25)</sup>, pro eo zelando<sup>26)</sup>, eum invocando, laudem ei omnem, gratiasque tribuendo<sup>27)</sup>, obedientiam omnem totius hominis ac summisionem exhibendo<sup>28)</sup>; studendo ut ei in omnibus placeamus<sup>29)</sup>, dolendo si qua re illum offenderimus<sup>30)</sup>, eumque ipso humiliter ambulando<sup>31)</sup>.

*Q. Quanam sunt peccata illa, quae in primo hoc mandato prohibentur?*

*R.* Peccata quae in primo hoc mandato prohibentur sunt, Atheismus, quo quis Deum aut esse negat, aut certe nullum habet<sup>32)</sup>: Idololatria, quae habet aut colit plures Deos uno, aut alium quemvis simul cum vero Deo, aut eius loco<sup>33)</sup>: Eundem pro Deo Deoque nostro vel non habere, vel non profiteri<sup>34)</sup>; Cujus-

1) Exod. 3, 14. 2) Exod. 6, 3. 3) Act. 17, 24. 28. 4) Gen. 17, 7. cum Rom. 3, 29. 5) Luc. 1, 74. 75. 6) 1 Pet. 1, 15. 16. 17. 18. Lev. 18, 30. Lev. 19, 37. 7) Luc. 10, 27. 8) Exod. 20, 3. 9) 1 Chron. 28, 9. Deut. 28, 17. Isa. 43, 10. Ier. 14, 22. 10) Psal. 95, 6. 7. Mat. 4, 10. Psal. 29, 2. 11) Mal. 3, 16. 12) Psal. 63, 6. 13) Eccles. 12, 1. 14) Psal. 71, 19. 15) Mal. 1, 6. 16) Isa. 45, 23. 17) Iosh. 24, 15. 22. 18) Deut. 6, 5. 19) Psal. 73, 25. 20) Isa. 8, 13. 21) Exod. 14, 31. 22) Isa. 26, 4. 23) Psal. 130, 7. 24) Psal. 37, 4. 25) Psal. 32, 11. 26) Rom. 12, 11. cum Num. 25, 11. 27) Phil. 4, 6. 28) Ier. 7, 23. Iac. 4, 7. 29) 1 Ioh. 3, 22. 30) Ier. 31, 18. Psal. 119, 15. 31) Mic. 6, 8. 32) Psal. 14, 1. Ephes. 2, 12. 33) Ier. 2, 27. 28. cum 1 Thess. 1, 9. 34) Psal. 81, 11.

vis illi debiti in hoc mandato imperati omissio vel neglectus<sup>1)</sup>: eum ignorare<sup>2)</sup>, aut oblivisci<sup>3)</sup>; conceptus<sup>4)</sup> opinionesque<sup>5)</sup> falsi, indignae ac impiae de ipso cogitationes<sup>6)</sup>, audax et curiosa in infinis secreta inquisitio<sup>7)</sup>: impietas omnis<sup>8)</sup>, odium Dei<sup>9)</sup>, amor sui<sup>10)</sup>, sui studium<sup>11)</sup>, et alia quaevis animi nostri, voluntatis, affectionumve rebus aliis inordinata ac immoderata applicatio, earumve a Deo vel totalis vel partialis advocatio<sup>12)</sup>, credulitas vana<sup>13)</sup>, infidelitas<sup>14)</sup>, haeresis<sup>15)</sup>, fides erronea<sup>16)</sup>, diffidentia<sup>17)</sup>, desperatio<sup>18)</sup>, incorrigibilitas<sup>19)</sup> ac stupiditas sub iudicii Dei<sup>20)</sup>, durities cordis<sup>21)</sup>, superbia<sup>22)</sup>, praesumptio<sup>23)</sup>, carnalis securitas<sup>24)</sup>, tentatio Dei<sup>25)</sup>, mediocrum non licitorum usus<sup>26)</sup>, in necitis fiducia<sup>27)</sup>, oblectationes et gaudia carnalia<sup>28)</sup>, zelus corruptus, coecus ac imprudens<sup>29)</sup>; tepeditas<sup>30)</sup> et languor in rebus Dei<sup>31)</sup>, a Deo abalienatio nostri, ac apostasia<sup>32)</sup>; preces aut cultus quivis religiosus exhibitus sanctis, Angelis, aut creaturis aliis quibuscunque<sup>33)</sup>, pactiones quaevis cum diabolo, eum consulere<sup>34)</sup>, iisque quae ab illo suggeruntur, auscultare<sup>35)</sup>, fidei nostrae et conscientiae dominos homines constituere<sup>36)</sup>, Deum ac mandata eius parvi aestimare, et contemnere<sup>37)</sup>; spiritum eius contristare ac impugnare<sup>38)</sup>, dispensationes eius moleste ac impatienter ferre, eiusdem stulta inensatio ob ea quae nobis infligit mala<sup>39)</sup>, laudem boni cuiusvis quod aut sumus, possumus, aut possidemus, fortunae<sup>40)</sup>, idolis<sup>41)</sup>, nobismetipsis<sup>42)</sup>, aut alii cuicunque creaturae impertire<sup>43)</sup>.

*Q. Illa verba in primo mandato [Coram me] quid nos praecipue docent?*

*R. Verba isthaec [Coram me] sive coram facie mea in primo mandato nos docent Deum qui videt omnia, peccatum alium quemvis habendi Deum cum imprimis advertere, tum vero eo offendi plurimum; nempe ut argumento sit quo nos a peccato isthoc absterreamus, peccatum vero ipsum ut aggravetur tanquam impudens*

1) Isa. 43, 22. 23. 24. 2) Ier. 4, 22. Hos. 4, 1. 6. 3) Ier. 2, 32. 4) Act. 17, 23. 29. 5) Isa. 40, 18. 6) Psal. 50, 21. 7) Deut. 29, 29. 8) Tit. 1, 16. Heb. 12, 16. 9) Rom. 1, 30. 10) 2 Tim. 3, 2. 11) Phil. 2, 21. 12) Ioh. 2, 15. 16. 1 Sam. 2, 29. Col. 3, 2. 5. 13) 1 Ioh. 4, 1. 14) Heb. 3, 12. 15) Gal. 5, 20. Tit. 3, 10. 16) Act. 26, 9. 17) Psal. 78, 22. 18) Gen. 4, 13. 19) Ier. 5, 3. 20) Isa. 42, 25. 21) Rom. 2, 5. 22) Ier. 13, 15. 23) Psal. 19, 13. 24) Zeph. 1, 12. 25) Mat. 4, 7. 26) Rom. 3, 8. 27) Ier. 17, 5. 28) 2 Tim. 3, 4. 29) Gal. 4, 17. Ioh. 16, 2. Rom. 10, 2. Luc. 9, 54. 55. 30) Apoc. 3, 16. 31) Apoc. 3, 1. 32) Ezech. 14, 5. Isa. 1, 4. 5. 33) Rom. 10, 13. 14. Hos. 4, 12. Act. 10, 25. 26. Apoc. 19, 10. Mat. 4, 10. Col. 2, 18. Rom. 1, 25. 34) Lev. 20, 6. 1 Sam. 28, 7. 11. cum 1 Chron. 10, 13. 14. 35) Act. 5, 3. 36) 2 Cor. 1, 24. Mat. 23, 9. 37) Deut. 32, 15. 2 Sam. 12, 9. Prov. 13, 13. 38) Act. 7, 51. Ephes. 4, 30. 9) Psal. 73, 2. 3. 14. 15. 22. Ioh. 1, 22. 40) 1 Sam. 6, 7. 8. 9. 41) Dan. 5, 23. 42) Deut. 8, 17. Dan. 4, 30. 43) Hab. 1, 16.

tissima provocatio<sup>1)</sup>, ut nos denique quam ei exhibemus obedientiam, eandem praestare tanquam in ipsius conspectu excitemur<sup>2)</sup>).

*Q. Quodnam est secundum praeceptum?*

*R. Secundum praeceptum est. [Non facies tibi imaginem quamvis sculptilem, aut similitudinem rei cuiusvis, quae est in coelis superne, aut inferius in terris, aut in aquis infra terram; non incurvabis te iis, nec eis servies: siquidem ego Dominus Deus tuus, Deus sum Zelotypus, visitans iniquitates Patrum in filios ad tertiam usque quartamque progeniem osorum mei, exhibens vero misericordiam ad millenas usque diligentium me, ac mandata mea observantium<sup>3)</sup>].*

*Q. Quae sunt officia quae in secundo praecepto imperantur?*

*R. Officia quae in secundo praecepto imperantur sunt cultum religiosum ac instituta quae Deus in verbo suo instituit recipere, observare, pura ac integra conservare<sup>4)</sup>. Cuiusmodi sunt preces et gratiarum actio in nomine Christi<sup>5)</sup>; verbi lectio, praedicatio ac auditio<sup>6)</sup>; Sacramentorum administratio et receptio<sup>7)</sup>; Ecclesiae regimen ac disciplina<sup>8)</sup>; ministrorum ordo ac stipendia<sup>9)</sup>; ieiunia religiosa<sup>10)</sup>; iurare per nomen Dei<sup>11)</sup>, eique vota nuncupare<sup>12)</sup>; prout etiam cultus omnis falsi improbatio, detestatio, ac impugnatio<sup>13)</sup>; eiusque simul et monumentorum omnium idololatriae, pro ea quam uniuscuiusque status ac vocatio dederit facultate, extirpatio<sup>14)</sup>.*

*Q. Quae sunt peccata in secundo mandato prohibentur?*

*R. Peccata in secundo mandato prohibita sunt, cultus cuiusvis religiosi a Deo ipso non instituti excogitatio omnis<sup>15)</sup>, per consilia promotio<sup>16)</sup>, iniunctio<sup>17)</sup>, exercitium<sup>18)</sup>, ac approbatio qualiscunque<sup>19)</sup>; religionis falsae toleratio<sup>20)</sup>; fictio cuiuslibet quod Deum repraesentet, aut tres personas, vel earum quamlibet, seu interne id in animo et mente nostra fiat, sive externe per modum imaginis cuiusvis aut similitudinis creaturae cuiuscunque<sup>21)</sup>; omnis eiusdem cultus<sup>22)</sup>, aut in eo vel per illud Dei<sup>23)</sup>; cuiusvis quod ficta numina repraesentet fabricatio<sup>24)</sup>, omnisque eorum cultus, omnia-*

1) Ezech. 8, 5. ad finem. Psal. 44, 20. 21. 2) 1 Chron. 28, 9. 3) Exod. 20, 4. 5. 6. 4) Deut. 32, 46. 47. Mat. 28, 20. Act. 2, 42. 1 Tim. 6, 13. 14. 5) Phil. 4, 6. Eph. 5, 20. 6) Deut. 17, 18. 19. Act. 15, 21. 2 Tim. 4, 2. Iac. 1, 21. 22. Act. 10, 33. 7) Mat. 28, 19. 1 Cor. 11, 2. ad 30. 8) Mat. 18, 15. 16. 17. Mat. 18, 19. 1 Cor. 5. cap. 1 Cor. 12, 28. 9) Eph. 4, 11. 12. 1 Tim. 5, 17. 18. 1 Cor. 9, 7. ad 15. 10) Ioc. 2, 12. 13. 1 Cor. 7, 5. 11) Deut. 6, 13. 12) Isa. 19, 21. Psal. 76, 11. 13) Act. 17, 16. 17. Psal. 16, 4. 14) Deut. 7, 5. Isa. 30, 22. 15) Num. 15, 39. 16) Deut. 13, 6. 7. 8. 17) Hos. 5, 11. Mich. 6, 16. 18) 1 Reg. 12, 33. 19) Deut. 12, 30. 31. 32. 20) Deut. 13, 6. ad 12. Zech. 13, 2. 3. Apoc. 2, 2. 14. 15. 20. Apoc. 17, 12. 16. 17. 21) Deut. 4, 15. 16. 17. 18. 19. Act. 17, 29. Rom. 1, 21. 22. 23. 25. 22) Dan. 3, 13. Gal. 4, 8. 23) Exod. 32, 5. 8. 24) Exod. 32, 8.



que quae ad ea spectant officia<sup>1)</sup>, commenta quaeque superstitiosa<sup>2)</sup>, cultum Divinum corrumpentia<sup>3)</sup>, eidem addentia vel detrahentia<sup>4)</sup>, seu a nobismet ipsis inventa ac suscepta fuerint<sup>5)</sup>, sive traditione ab aliis recepta<sup>6)</sup>, nomine licet ac titulo antiquitatis<sup>7)</sup>, consuetudinis<sup>8)</sup>, devotionis<sup>9)</sup>, bonae intentionis aut alio praetextu quoviscunque<sup>10)</sup>; simonia<sup>11)</sup>; sacrilegium<sup>12)</sup>; omnis denique cultus ac officiorum divinorum quae Deus instituit, neglectus<sup>13)</sup>, contemptus<sup>14)</sup>, impeditio<sup>15)</sup>, aut impugnatio<sup>16)</sup>.

*Q. Quoniam sunt rationes annexae secundo mandato, quibus nos ad eius observationem magis impellamur?*

*R. Rationes annexae secundo mandato, quibus ad eius observationem magis impellamur, hisce verbis comprehensae [Siquidem ego Dominus Deus tuus, Deus sum Zelotypus, visitans iniquitates Patrum in filiis ad tertiam usque quartamque progeniem osorum mei, exhibens vero misericordiam ad millenas usque diligentium me, ac mandata mea observantium<sup>17)</sup>] sunt (praeter Dei supremum in nos Dominum ac ius nostri peculiare)<sup>18)</sup> fervens eius pro cultu suo Zelus<sup>19)</sup>, vindex adversus cultum quemvis falsum indignatio, tanquam spirituale quoddam adulterium<sup>20)</sup>; tum etiam quod huiusce mandati violatores habeat Deus pro ipsius osoribus, in eosque se per varias progenies animadversurum interminetur<sup>21)</sup>, eius autem observatores habeat pro amicis suis ac mandatis ipsius obtemperantibus, ac misericordiam iis per multas generationes polliceatur<sup>22)</sup>.*

*Q. Quodnam est mandatum tertium?*

*R. Mandatum tertium est [Nomen Domini Dei tui inaniter non usurpabis; non enim eum pro insonte habebit Dominus qui nomen eius inaniter adhibuerit<sup>23)</sup>].*

*Q. Quid autem exigitur in mandato tertio?*

*R. Tertium mandatum a nobis exigit ut Dei nomen, tituli, attributa<sup>24)</sup>, instituta<sup>25)</sup>, ut verbum<sup>26)</sup>, sacramenta<sup>27)</sup>, preces<sup>28)</sup>, iuramenta<sup>29)</sup>, vota<sup>30)</sup>, sortes<sup>31)</sup>, ut opera ipsius<sup>32)</sup>, et quicquid demum sit que se notua facit, sancte ac reverenter,*

---

1) 1 Reg. 18, 26. 28. Isa. 65, 11. 2) Act. 17, 22. Col. 2, 21. 22. 23. 3) Mal. 1, 7. 8. 14. 4) Deut. 4, 2. 5) Psal. 106, 39. 6) Mat. 15. 9. 7) 1 Pet. 1, 18. 8) Ier. 44, 17. 9) Isa. 65, 3. 4. 5. Gal. 1, 13. 14. 10) 1 Sam. 13, 11. 12. 1 Sam. 15, 21. 11) Act. 8, 18. 12) Rom. 2, 22. Mal. 3, 8. 13) Exod. 4, 24. 25. 26. 14) Mat. 22, 5. Mal. 1, 7. 13. 15) Mat. 23, 13. 16) Act. 13, 44. 45. 1 Thes. 2, 15. 16. 17) Exod. 20, 5. 6. 18) Psal. 45, 11. Apoc. 15, 3. 4. 19) Exod. 34, 13. 14. 20) 1 Cor. 10, 20. 21. 22. Ier. 7, 18. 19. 20. Ezech. 16, 26. 27. Dent. 32, 16. 17. 18. 19. 20. 21) Hos. 2, 2. 3. 4. 22) Dent. 5, 29. 23) Exod. 20, 7. 24) Mat. 6, 9. Dent. 28, 58. Psal. 29, 2. Psal. 68, 4. Apoc. 15, 3. 4. 25) Mal. 1, 14. Eccles. 5, 1. 26) Psal. 138, 2. 27) 1 Cor. 11, 24. 25. 28. 29. 28) 1 Tim. 2, 8. 29) Ier. 4, 2. 30) Eccles. 5, 2. 4. 5. 6. 31) Act. 1, 24. 26. 32) Iob. 36, 24.

in cogitatione<sup>1)</sup>, meditatione<sup>2)</sup>, verbo<sup>3)</sup>, scriptione<sup>4)</sup>, adhibeantur, et quidem per professionem sanctam<sup>5)</sup>, et conversationem idoneam<sup>6)</sup>, ad Dei gloriam<sup>7)</sup>, ac bonum tam nostrum<sup>8)</sup>, quam aliorum<sup>9)</sup>.

*Q. Quenam peccata sunt prohibita in tertio mandato?*

*R.* Peccata in tertio mandato prohibita sunt, neglectus utendi Divino nomine eo quo requiritur modo<sup>10)</sup>, atque abusus eiusdem ignorante<sup>11)</sup>, vana<sup>12)</sup>, minus reverente, profana<sup>13)</sup>, superstitiosa<sup>14)</sup>, ac impia mentione, aut alio usu titularum eius, attributorum<sup>15)</sup>, institutorum<sup>16)</sup>, operumve<sup>17)</sup>; blasphemia<sup>18)</sup>; periurio<sup>19)</sup>; Impiae execrationes<sup>20)</sup>, impia iuramenta<sup>21)</sup>, vota<sup>22)</sup>, ac sortilegia<sup>23)</sup>, quaeviscunque iuramentorum nostrorum, votorumque quae licita sunt violatio<sup>24)</sup>, quae de rebus non licitis observatio<sup>25)</sup>, adversus Dei decreta, et providentiam<sup>26)</sup> obmurmuratio, aut expostulatio<sup>27)</sup>; eadem curiose rimari<sup>28)</sup>, et perverse applicare; verbum Dei aut partem eius aliquam perperam interpretari<sup>29)</sup>, male applicare<sup>30)</sup>, aut quovis modo pervertere<sup>31)</sup>, ad iocos profanos<sup>32)</sup>, ad quaestiones curiosas ac inutiles, ad alterationes vanas, aut falsae Doctrinae defensionem<sup>33)</sup>. Verbi Dei abusus, vel creaturarum, aut rei cuiusvis sub nomine Dei comprehensae, ad iacantamenta<sup>34)</sup>, aut nefarias seu libidines sive actiones<sup>35)</sup>; malevolentia<sup>36)</sup>, contemptu<sup>37)</sup>, contumelia<sup>38)</sup>, aut quovis modo impugnare veritatem, gratiam, viasque Dei<sup>39)</sup>; religionis professio hypocritica, aut in alium quam par est finem<sup>40)</sup>, eam pro dedecore habere<sup>41)</sup>, eive esse dedecori; absque solatio<sup>42)</sup>, imprudenter<sup>43)</sup>, infructuose<sup>44)</sup>, ac cum offensione ambulando<sup>45)</sup>, vel apostasia ab eadem<sup>46)</sup>.

- 1) Mal. 3, 16. 2) Psal. 8, per totum. 3) Col. 3, 17. Psal. 105, 2. 5. 4) Psal. 102, 18. 5) 1 Pet. 3, 15. Mich. 4, 6. 6) Phil. 1, 27. 7) 1 Cor. 10, 31. 8) Ier. 32, 39. 9) 1 Pet. 2, 12. 10) Mal. 2, 2. 11) Act. 17, 23. 12) Prov. 30, 9. 13) Mal. 1, 6. 7. 12. Mal. 3, 14. 14) 1 Sam. 4, 3. 4. 5. Ier. 7, 4. 9. 10. 14. 31. Col. 2, 20. 21. 22. 15) 2 Reg. 18, 30. 35. Exod. 5, 2. Psal. 139, 20. 16) Psal. 50, 16. 17. 17) Isa. 5, 12. 18) 2 Reg. 19, 22. Lev. 24, 11. 19) Zech. 3, 4. Zech. 8, 17. 20) 1 Sam. 17, 43. 2 Sam. 16, 5. 21) Ier. 5, 7. Ier. 23, 10. 22) Dent. 23, 18. Act. 23, 12. 14. 23) Esth. 3, 7. Esth. 9, 24. Psal. 22, 18. 24) Psal. 24, 4. Ezech. 17, 16. 18. 19. 25) Mar. 6, 26. 1 Sam. 25, 22. 32. 33. 34. 26) Rom. 3, 5. 7. Rom. 6, 1. 27) Eccles. 8, 11. Eccl. 9, 3. Ps. 39, per totum. 28) Rom. 9, 14. 19. 20. 29) Dent. 29, 29. 30) Matt. 5, 21. ad finem. 31) Ezech. 13, 22. 32) 2 Pet. 3, 16. Matt. 22, 34. ad 31. 33) Isa. 22, 31. Ier. 23, 34. 36. 38. 34) 1 Tim. 1, 4. 6. 7. 1 Tim. 6, 4. 5. 20. 2 Tim. 2, 14. Tit. 3, 9. 35) Dent. 18, 10. 11. 12. 13. 14. Act. 19, 13. 36) 2 Tim. 4, 3. 4. Rom. 13, 13. 14. 1 Reg. 21, 9. 10. Iudae v. 4. 37) Act. 13, 16. 1 Iob. 3, 12. 38) Ps. 1, 1. 2 Pet. 3, 3. 39) 1 Pet. 4, 4. 40) Act. 13, 45. 46. 50. Act. 4, 18. Act. 19, 9. 1 Thes. 2, 16. Heb. 10, 29. 41) 2 Tim. 3, 5. Matt. 23, 14. Matt. 6, 1. 2. 5. 16. 42) Marc. 8, 38. 43) Psal. 73, 14. 15. 44) 1 Cor. 6, 5. 6. Eph. 5, 15. 16. 17. 45) Isa. 5, 4. 2 Pet. 1, 8. 9. 46) Rom. 2, 23. 24. Gal. 3, 1. 3. Heb. 6, 6.

*Q. Quanam sunt rationes annexae tertio mandato?*

*R. Rationes tertio mandato in hisce verbis annexae [Domini Dei tui] illisque [non enim cum pro insolite habebit Dominus qui nomen eius inaniter adhibuerit<sup>1)</sup>] sunt, quoniam is Dominus est, nosterque Deus; proindeque nomen eius profanare, eoque quovis modo abuti non debemus<sup>2)</sup>, praesertim quoniam tantum abest ut ille huius mandati transgressores absolvat eisque parcat, ut iustum eius iudicium minime eos effugere passurus sit<sup>3)</sup>, hominum censuras ac supplicia multi licet eorum subterfugiant<sup>4)</sup>.*

*Q. Quodnam est mandatum quartum?*

*R. Mandatum quartum est [Memineris diem sabbati ut sanctifices eum; sex diebus operaberis, et facies omne opus tuum, septimus vero dies sabbatum Domini Dei tui, opus in eo nullum facies tu, neque filius tuus, neque filia tua, nec servus tuus, nec ancilla tua, neque iumentum tuum, nec hospes tuus quicumque intra portas tuas commoratur: Nam sex diebus perfecit Dominus coelum, terramque, mare, et quicquid in illis continetur, septimo vero die requievit, quamobrem benedixit Dominus diei sabbati, eumque sanctificavit]<sup>5)</sup>.*

*Q. Quid exigitur in quarto mandato?*

*R. Quartum mandatum ab omnibus exigit sanctificationem sive sanctam Deo observationem temporis illius difiniti quod ipse in verbo suo designavit, nominatim e septenis diebus unum integrum, qui a mundi primordiis usque ad resurrectionem Christi dies erat septimus; exinde autem dies septimanae primus ad finem usque mundi observandus. Qui Christianum sabbatum est<sup>6)</sup>, ac in N. T. dicitur *Dies Dominicus*<sup>7)</sup>.*

*Q. Quomodo sanctificandum est sabbatum, sive dies Dominicus?*

*R. Sanctificandum est sabbatum sive dies Dominicus sancta per totum diem quiete<sup>8)</sup>, non tantum ab eiusmodi operibus quae quovis tempore sunt illicita; verum etiam ab eiusmodi negotiis mundanis ac recreationibus quae aliis diebus sunt licita<sup>9)</sup>; quin etiam hoc habendo in deliciis, totum illud tempus (nisi quod ad opera necessitatis ac misericordiae requiritur)<sup>10)</sup> in exercitiis divini cultus publicis privatisque insumendo<sup>11)</sup>; quem in finem corda nobis sunt praeparanda, ac ea providentia, diligentia et moderatione disponenda sunt, ac tempestive conficienda mundana negotia, ut magis expediti simus ac idonei illius diei officii praestandis<sup>12)</sup>.*

1) Exod. 20, 7. 2) Lev. 19, 22. 3) Ezech. 36, 21. 22. 23. Deut. 28, 58. 59. Zech. 5, 2. 3. 4. 4) 1 Sam. 2, 12. 17. 22. 24. cum 1 Sam. 3, 13. 5) Exod. 20, 8. 9. 10. 11. 6) Deut. 5, 12. 13. 14. Gen. 2, 2. 3. 1 Cor. 16, 1. 2. Act. 20, 7. Matt. 5, 17. 18. Isa. 56, 2. 4. 6. 7. 7) Apoc. 1, 10. 8) Exod. 20, 8. 10. 9) Exod. 16, 25. 26. 27. 28. Neh. 13, 15. 16. 17. 18. 21. 22. Ier. 17, 21. 22. 10) Matt. 12, 1. ad 13. 11) Isa. 58, 13. Luc. 4, 16. Act. 20, 7. 1 Cor. 16, 1. 2. Psal. 92. Tit. Isa. 66, 23. Lev. 23, 3. 12) Exod. 20, 8. Luc. 23, 54. 56. Exod. 16, 22. 25. 26. 29. Neh. 13, 19.

*Q. Cur ad patres familiarum, reliquosque superiores prae-  
cipue dirigitur mandatum de observando sabbato?*

R. Mandatum de sabbato observando praecipue dirigitur ad Patres-familiarum reliquosque superiores, eo quod non solum ipsi teneantur id observare, verum etiam curare ut ab illis omnibus qui subduntur ipsorum regimini, similiter observetur, et quoniam, proclives sunt eos quibus imperant suis negotiis impedire quo minus id faciant<sup>1)</sup>.

*Q. Quanam sunt peccata prohibita in quarto mandato?*

R. Peccata prohibita in quarto mandato sunt officiorum quae inibi exiguntur omissio quaelibet<sup>2)</sup>, omnisque eorum oscitans, negligens, et inutilis praestatio, eorumque tedium<sup>3)</sup>; omnis illius diei profanatio, seu otio, sive agendo quod in se malum est<sup>4)</sup>, sive operibus, dictis, cogitationibus circa res mundanas ac recreationes non necessariis<sup>5)</sup>.

*Q. Quanam sunt rationes subiunctae quarto mandato, quibus ad eiusdem observationem vehementius urgeamur?*

R. Rationes annexae quarto mandato, quibus ad eiusdem observationem vehementius urgeamur, desumptae sunt ab illius aequitate, sex dies e septem nobis et rebus nostris permittente Deo, sibi vero ipsi unicum reservante, in his verbis [*Sex diebus operaberis et facies omne opus tuum*]<sup>6)</sup> a Dei peculiaris sibi in eo die proprietatis vendicatione [*Dies septimus sabbatum est Domini Dei tui*]<sup>7)</sup> ab Exemplo Dei qui [*Sex Diebus perfecit coelum, terramque, mare et quicquid in illis continetur, septima vero die requievit*]<sup>8)</sup> atque a benedictione quam diei illi impertivit Deus non solum illum consecrando ut dies foret ipsius cultui peculiaris, verum ordinando ut medium foret benedicendi nobis eundem sanctificantibus [*quamobrem benedixit Dominus diei sabbati, eumque sanctificavit*]<sup>9)</sup>.

*Q. Quare ponitur in principio mandati quarti vox [Memineris]?*

R. Vox [*Memineris*] ponitur in principio mandati quarti<sup>9)</sup>, partim propter summum ex illius recordatione beneficium, quandoquidem exinde plurimum adiuvamur in praeparatione nostra ad ipsum observandum<sup>10)</sup>, atque ex eius observatione ad reliqua mandata omnia melius observanda<sup>11)</sup>, simul et grata memoria summa illa beneficia creationis ac redemptionis conservanda, quae totam religionem compendio quasi complectuntur<sup>12)</sup>;

1) Exod. 20, 10. Iosh. 24, 15. Neh. 13, 15. 17. Ier. 17, 20. 21. 22. Exod. 23, 12. 2) Ezech. 22, 26. 3) Act. 20, 7. 9. Ezech. 33, 30. 31. 32. Amos 8, 5. Mal. 1, 13. 4) Ezech. 23, 38. 5) Ier. 17, 24. 27. Isa. 58, 13. 6) Exod. 20, 9. 7) Exod. 20, 10. 8) Exod. 20, 11. 9) Exod. 20, 8. 10) Exod. 16, 23. Luc. 23, 54. 56. cum Marc. 15, 42. Neh. 13, 19. 11) Psal. 92. Tit. cum vers. 13. 14. Ezech. 20, 12. 19. 20. 12) Gen. 2, 2. 3. Psal. 118, 22. 24. cum Act. 4, 10. 11. Apoc. 1, 10.

partim etiam quoniam preni sumus in illius oblivionem<sup>1)</sup>, eo quod cum minus hoc a nobis exigit naturale lumen<sup>2)</sup>; tum libertatem naturalem minuat in rebus alias non illicitis<sup>3)</sup>; quodque semel tantum septenis diebus recurrat, multaque negotia mundana interveniant quae mentes nostras nimium saepe abstrahunt quo minus vel de nostri ad illum praeparatione, vel de celebratione eiusdem cogitemus<sup>4)</sup>; Denique quod Satanas eiusque administri huiusce diei gloriam, ac vel etiam memoriam delere plurimum annitantur, nempe quo irreligionem omnem, ac impietatem introducant<sup>5)</sup>.

*Q. Quenam est summa sex mandatorum quae officium nostrum erga homines complectuntur?*

R. Sex mandatorum quae officium nostrum erga homines complectuntur haec summa est, nempe ut proximum nostrum perinde atque nosmetipsos diligamus<sup>6)</sup>; idemque aliis faciamus, quod nobis ab eis factum vellemus<sup>7)</sup>.

*Q. Quodnam est mandatum quintum?*

R. Quintum mandatum est [*Honora Patrem tuum et Matrem tuam, ut prolongentur dies tui in terra illa quam tibi largitur Dominus Deus tuus*<sup>8)</sup>].

*Q. Quinam Patris ac Matris nomine in quinto mandato significantur?*

R. Patris ac Matris nomine in quinto mandato significantur non solum Parentes naturales<sup>9)</sup>, verum etiam superiores omnes, seu aetate<sup>10)</sup>, sive donis<sup>11)</sup>, tum vero imprimis illi qui nobis munere vel autoritate ex ordinatione Divina praesunt, sive in familia<sup>12)</sup>, sive in Ecclesia<sup>13)</sup>, sive in republica<sup>14)</sup>.

*Q. Quamobrem vero superiores Pater ac Mater nuncupantur?*

R. Superiores Pater ac Mater nuncupantur, cum ut intelligent illi debere se in omnibus erga inferiores suos officii parentum naturalium amorem ac indulgentiam imitari, habita tamen relationis ratione<sup>15)</sup>; tum ut inferiores iade ad officia sua maiore cum promptitudine et alacritate superioribus suis tanquam parentibus praestanda inducantur<sup>16)</sup>.

*Q. Quis est mandati quinti generalis scopus?*

R. Mandati quinti scopus generalis est illorum officiorum praestatio ad quae pro variis relationibus nostris tenemur mutuo, quatenus inferiores sumus, superiores, aut aequales<sup>17)</sup>.

*Q. Quis superioribus ab inferioribus debetur honor?*

1) Ezech. 22, 26. 2) Neh. 9, 14. 3) Exod. 34, 21. 4) Deut. 5, 14. 15. Amos 8, 5. 5) Lam. 1, 7. Ier. 17, 21. 22. 23. Neh. 13, 15. ad 23. 6) Matt. 22, 39. 7) Matt. 7, 12. 8) Exod. 20, 12, 9) Prov. 23, 22. 25. Eph. 6, 1. 2. 10) 1 Tim. 5, 1. 2. 11) Gen. 4, 20; 21. 22. Gen. 45, 8. 12) 2 Reg. 5, 13. 13) 2 Reg. 2, 12. 2 Reg. 13, 14. Gal. 4, 19. 14) Isai. 49, 23. 15) Eph. 6, 4. 2 Cor. 12, 14. 1 Thez. 2, 7. 8. 11. Num. 11, 11. 12. 16) 1 Cor. 4, 14. 15. 16. 2 Reg. 5, 13. 17) Eph. 5, 21. 1 Pet. 2, 17. Rom. 12, 10.

R. Honos qui superioribus debetur ab inferioribus est, debita imprimis corde<sup>1)</sup>, verbis<sup>2)</sup>, gestuque<sup>3)</sup>, reverentia, deinde pro iis preces et gratiarum actio<sup>4)</sup>, virtutum et gratiarum quae in eis conspiciuntur imitatio<sup>5)</sup>, ut etiam prompta in rebus licitis eorum mandatis et consiliis obedientia<sup>6)</sup>; et correctionibus submissio debita<sup>7)</sup>: quin et eorum cum personarum tum auctoritatis defensio<sup>8)</sup>, sustentatio ac propugnatio, et erga utrasque fidelitas<sup>9)</sup>; pro cuiusque ordine et status in quo fuerit conditio<sup>10)</sup>; eorumque infirmitatum toleratio atque in charitate dissimulatio<sup>11)</sup>; adeo quidem ut cum eis tum eorum regimini honori esse possint<sup>12)</sup>.

Q. *Quaenam sunt inferiorum in superiores suos peccata?*

R. Peccata inferiorum in superiores suos sunt, officiorum iis debitorum neglectus quilibet<sup>13)</sup>; invidia<sup>14)</sup>, contemptus<sup>15)</sup>, et rebellio<sup>16)</sup> adversus ipsorum seu personas<sup>17)</sup> sive munera<sup>18)</sup>, in licitis eorum consiliis<sup>19)</sup>, mandatis et correctionibus<sup>20)</sup>; eorum execratio, derisio<sup>21)</sup>, atque eiusmodi omnis scandalii plena conversatio, quae ipsis eorumque regimini probro sit ac dedecori<sup>22)</sup>.

Q. *Quid vero superiores inferioribus praestare tenentur?*

R. A superioribus exigitur ut, pro illa quam a Deo acceperunt potestate, et relatione in qua sunt constituti, inferiores suos diligant<sup>23)</sup>, pro iis orent<sup>24)</sup>, eisque benedicant<sup>25)</sup>; ut eos instruant<sup>26)</sup>, consilio dirigant ac admoneant<sup>27)</sup>, bene quidem merentes ut favore complectantur<sup>28)</sup>, laudent<sup>29)</sup>, ac remunerentur<sup>30)</sup>; male vero agentes ut reiciant<sup>31)</sup>, reprehendant, castigentque<sup>32)</sup>; ut protegant eos<sup>33)</sup>, omniaque iis praestent quaecumque sunt animae<sup>34)</sup> aut corpori<sup>35)</sup> necessaria, atque graviter, prudenter, sancte et exemplariter se gerendo Deo gloriam<sup>36)</sup>, sibi met ipsis honorem concilient<sup>37)</sup>, adeoque eam qua Deus illos iudici auctoritatem tueantur<sup>38)</sup>.

1) Mal. 1, 6. Lev. 19, 3. 2) Prov. 31, 28. 1 Pet. 3, 6. 3) Lev. 19, 32. 1 Reg. 2, 19. 4) 1 Tim. 2, 1. 2. 5) Heb. 13, 7. Phil. 3, 17. 6) Eph. 6, 1. 2. 5. 6. 7. 1 Pet. 2, 13. 14. Rom. 13, 1. 2. 3. 4. 5. Heb. 13, 17. Prov. 4, 3. 4. Prov. 23, 22. Exod. 18, 19. 24. 7) Heb. 12, 9. 1 Pet. 2, 18. 19. 20. 8) 1 Sam. 26, 15. 16. 2 Sam. 18, 3. Esth. 6, 2. 9) Tit. 2, 9. 10. 10) Mat. 22, 21. Rom. 13, 6. 7. 1 Tim. 5, 17. 18. Gal. 6, 6. Gen. 45, 11. Gen. 47, 12. 11) 1 Pet. 2, 18. Prov. 23, 22. Gen. 9, 23. 12) Psal. 127, 3. 4. 5. Prov. 31, 23. 13) Mat. 15, 4. 5. 14) Num. 11, 28. 29. 15) 1 Sam. 8, 7. Isai. 3, 5. 16) 2 Sam. 15, 1. ad 12. 17) Exod. 21, 15. 18) 1 Sam. 10, 27. 19) 1 Sam. 2, 25. 20) Dent. 21, 18. 19. 20. 21. 21) Prov. 30, 11. 17. 22) Prov. 19, 26. 23) Col. 3, 19. Tit. 2, 4. 24) 1 Sam. 12, 23. Ioh. 1, 5. 25) Reg. 8, 55. 56. Heb. 7, 7. Gen. 49, 28. 26) Dent. 6, 6. 7. 27) Eph. 6, 4. 28) 1 Pet. 3, 7. 29) 1 Pet. 2, 14. Rom. 13, 3. 30) Esth. 6, 3. 31) Rom. 13, 3. 4. 32) Prov. 29, 15. 1 Pet. 2, 14. 33) Ioh. 29, 12. 13. 14. 15. 16. 17. Isa. 1, 10. 17. 34) Eph. 6, 4. 35) 1 Tim. 5, 8. 36) 1 Tim. 4, 12. Tit. 2, 3. 4. 5. 37) 1 Reg. 3, 28. 38) Tit. 2, 15.

*Q. Quaeenam sunt peccata superiorum?*

R. Superiorum peccata (praeter neglectum eorum quae ab illis exiguntur officiorum)<sup>1)</sup> sunt, seipsum<sup>2)</sup> h. e. suam ipsorum gloriam<sup>3)</sup>, otium, lucrum aut voluptatem<sup>4)</sup> inordinate appetere; iubere quae sunt illicita<sup>5)</sup>, aut quae ab inferioribus praestari nequeant<sup>6)</sup>, eis ut male agant consulere<sup>7)</sup>, vel male agentibus animos facere<sup>8)</sup>, ac favere<sup>9)</sup>; dehortari ac detertere a bene agendo, bene autem agentes male tractare<sup>10)</sup>; eos indebito castigare<sup>11)</sup>, iniuriae, tentationi ac periculo negligenter eos aut exponere aut permittere<sup>12)</sup>; provocare ad iram<sup>13)</sup>; aut quocumque modo semet ipsos dehonestare, autoritatemque suam imminuere, iniuste, imprudenter, acerbe vel remisse se gerendo<sup>14)</sup>.

*Q. Quaeenam sunt aequalium officia?*

R. Officia aequalium sunt dignitatis ac valoris sui invicem rationem habere<sup>15)</sup>; honorem tribuendo alterum alteri antecellere<sup>16)</sup>; de alterius donis aut profectu tanquam de propriis gaudere mutuo<sup>17)</sup>.

*Q. Quaeenam sunt aequalium peccata?*

R. Aequalium peccata sunt (praeter neglectum eorum quae ab illis exiguntur officiorum<sup>18)</sup>) alterius invicem dignitatem parvi facere<sup>19)</sup>, donis invidere<sup>20)</sup>, de auctis honoribus, aut prosperitate dolore affici<sup>21)</sup>, superioritatem in se invicem usurpare<sup>22)</sup>.

*Q. Quaeenam est ratio quinto mandato annexa, qua magis nos ad eius observationem urgemur?*

R. Ratio annexa quinto mandato in hisce verbis [*Ut prolongentur dies tui in terra illa quam tibi largitur Dominus Deus tuus*<sup>23)</sup>] est, qua longaevitae ac prosperitatis diserte promittitur omnibus hoc mandatum observantibus, quatenus nempe Dei gloriae, eorumque bono conducant<sup>24)</sup>.

*Q. Quodnam est mandatum sextum?*

R. Mandatum sextum est [*Non occides*<sup>25)</sup>].

*Q. Quae autem sunt officia in sexto mandato imperata?*

R. Officia in sexto mandato imperata sunt, studia quaeque sedula, licitique conatus vitam nostram<sup>26)</sup> aliorumque<sup>27)</sup> conservandi; omnibus cum cogitationibus tum destinationibus obsi-

1) Ezech. 34, 2. 3. 4. 2) Phil. 2, 21. 3) Ioh. 5, 44. Ioh. 7, 18. 4) Isa. 56, 10. 11. Deut. 17, 17. 5) Dan. 3, 4. 5. 6. Act. 4, 17. 18. 6) Exod. 5, 10. ad 18. Matt. 23, 2. 4. 7) Matt. 14, 8. cum Mar. 6, 24. 8) 2 Sam. 13, 28. 9) 1 Sam. 3, 13. 10) Ioh. 7, 46. 47. 48. 49. Col. 3, 21. Exod. 5, 17. 11) 1 Pet. 2, 18. 19. 20. 12) Gen. 38, 11. 26. Act. 18, 17. 13) Eph. 6, 4. 14) Gen. 9, 21. 1 Reg. 12, 13. 14. 15. 16. 1 Reg. 1, 6. 1 Sam. 2, 29. 30. 31. 15) 1 Pet. 2, 17. 16) Rom. 12, 10. 17) Rom. 12, 15. 16. Phil. 2, 3. 4. 18) Rom. 13, 8. 19) 2 Tim. 3, 3. 20) Act. 7, 9. Gal. 5, 26. 21) Num. 12, 2. Esth. 6, 12. 13. 22) 3 Ioh. v. 9. Luc. 22, 24. 23) Exod. 20, 12. 24) Deut. 5, 16. 1 Reg. 8, 25. Eph. 6, 2. 3. 25) Exod. 20, 13. 26) Eph. 5, 28. 29. 27) 1 Reg. 18, 4.

stendo<sup>1)</sup>, passiones subjugando<sup>2)</sup>; occasiones<sup>3)</sup>, tentationes<sup>4)</sup>, actionesque omnes declinando, quacumque eo tendunt ut vita sua quispiam iniuste privetur<sup>5)</sup>; prout etiam iusta eiusdem adversus vim defensionis<sup>6)</sup>, patiente manus Divinae perpeffione<sup>7)</sup>, animi tranquillitate<sup>8)</sup>, cordis alacritate<sup>9)</sup>, cibi<sup>10)</sup>, potus<sup>11)</sup>, medicinae<sup>12)</sup>, somni<sup>13)</sup>, laboris<sup>14)</sup>, ac recreationum<sup>15)</sup> usu sobrio, cogitationibus benignis<sup>16)</sup>, dilectione<sup>17)</sup>, misericordia<sup>18)</sup>, mansuetudine, lenitate, benignitate<sup>19)</sup>, dietis ac moribus placidis<sup>20)</sup>, mitibus comibusque<sup>21)</sup>, longanimitate, facilitate redeundi in gratiam, iniuriarum patiente tolerantia et condonatione, homi pro malo retributione<sup>22)</sup>, afflictorum levatione, et sublevatione, tuitione ac defensione innocentum<sup>23)</sup>.

*Q. Quenam sunt peccata in sexto mandato vetita?*

*R.* Peccata vetita in sexto mandato sunt, quaelibet vitae ademptio seu nostrae<sup>24)</sup>, sive alienae<sup>25)</sup>, extra tamen rationem iustitiae publicae<sup>26)</sup>, belli legitimi<sup>27)</sup>, ac defensionis necessariae<sup>28)</sup>; licitorum ac necessariorum vitae mediorum neglectus aut subductio<sup>29)</sup>, ira mala<sup>30)</sup>, odium<sup>31)</sup>, invidia<sup>32)</sup>, vindictae cupiditas<sup>33)</sup>, omnes passionum excessus<sup>34)</sup>, curae anciae<sup>35)</sup>, cibi, potus<sup>36)</sup>, laboris<sup>37)</sup>, recreationum usus immoderatus<sup>38)</sup>; dicta provocantia<sup>39)</sup>, oppressio<sup>40)</sup>, litigatio<sup>41)</sup>, percussio, vulneratio<sup>42)</sup>, ac quicquid denique conferre quoquo modo possit ad vitam cuiuspiam destruendam<sup>43)</sup>.

*Q. Quodnam est mandatum septimum?*

*R.* Mandatum septimum est [Non moechaberis<sup>44)</sup>].

*Q. Quenam vero sunt officia in septimo mandato imperata?*

*R.* Officia septimo mandato imperata sunt corporis, mentis,

1) Ier. 26, 15. 16. Act. 23, 12. 16. 17. 21. 27. 2) Eph. 4, 26. 27. 3) 2 Sam. 2, 22. Deut. 22, 8. 4) Matt. 4, 6. 7. Prov. 1, 10. 11. 15. 16. 5) 1 Sam. 24, 12. 1 Sam. 26, 9. 10. 11. Gen. 37, 21. 22. 6) Psal. 82, 4. Prov. 24, 11. 12. 1 Sam. 24, 45. 7) Iac. 5, 7. 8. 9. 10. 11. Hab. 12, 9. 8) 1 Thea. 4, 11. 1 Pet. 3, 4. Psal. 37, 8. 9. 10. 11. 9) Prov. 17, 23. 10) Prov. 25, 16. 17. 11) 1 Tim. 5, 23. 12) Isa. 38, 21. 13) Psal. 127, 2. 14) Eccl. 5, 12. 2 Thea. 3, 10. 12. Prov. 16, 26. 15) Eccl. 3, 4. 11. 16) 1 Sam. 19, 4. 5. 1 Sam. 22, 13. 14. 17) Rom. 13, 10. 18) Luc. 10, 33. 34. 35. 19) Col. 3, 12. 13. 20) Iac. 3, 17. 21) 1 Pet. 3, 8. 9. 10. 11. Prov. 15, 1. Iudic. 8, 1. 2. 3. 22) Matt. 5, 24. Eph. 4, 2. 32. Rom. 12, 17. 20. 21. 23) 1 Thea. 5, 14. Iob. 31, 19. 20. Matt. 22, 35. 36. Prov. 31, 8. 9. 24) Act. 16, 23. 25) Gen. 9, 6. 26) Num. 35, 31; 33. 27) Ier. 4, 8. 10. Deut. 20. cap. 28) Exod. 22, 2. 3. 29) Matt. 25, 42. 43. Iac. 2, 15. 16. Eccl. 6, 1. 2. 30) Matt. 5, 22. 31) 1 Iob. 3, 15. Lev. 19, 17. 32) Prov. 14, 30. 33) Rom. 12, 19. 34) Eph. 4, 31. 35) Mat. 6, 31. 34. 36) Luc. 21, 34. Rom. 13, 13. 37) Eccl. 12, 12. Eccl. 2, 22. 23. 38) Isa. 5, 12. 39) Prov. 15, 1. Prov. 12, 18. 40) Ezech. 18, 18. Exod. 1, 14. 41) Gal. 5, 15. Prov. 23, 29. 42) Num. 35, 16. 17. 18. 24. 43) Exod. 21, 18. ad finem. 44) Exod. 20, 14.



affectum<sup>1)</sup>, verborum<sup>2)</sup>, gestuumque<sup>3)</sup>, castitas; eiusque in nobis ipsis ac in aliis conservatio<sup>4)</sup>, oculorum sensuumque omnium vigil custodia<sup>5)</sup>, temperantia<sup>6)</sup>, inter castos versari<sup>7)</sup>, in vestitu modestia<sup>8)</sup>, coniugium continentiae donum non habentium<sup>9)</sup>, coniugalis amor<sup>10)</sup>, ac cohabitatio<sup>11)</sup>; in vocationibus labor diligens<sup>12)</sup>; occasionum omnium impuritatis fuga, ac tentationum eo tendentium resistentia<sup>13)</sup>.

*Q. Quae sunt peccata prohibita in mandato septimo?*

*R.* Peccata in mandato septimo prohibita sunt, cum neglectus officiorum quae exiguntur<sup>14)</sup>, tum etiam adulterium, fornicatio<sup>15)</sup>, raptus, incestus<sup>16)</sup>, sodemia, ac libidines omnes non naturales<sup>17)</sup>: impurae quaeque imaginationes, cogitationes, intentiones, affectionesque<sup>18)</sup>, corrupta omnia turpiaque colloquia, sive auscultatio<sup>19)</sup>, oculorum lascivia<sup>20)</sup>, gestus impudens levisque, vestitus immodestas<sup>21)</sup>, coniugiorum licitorum prohibitio<sup>22)</sup>, illicitorum dispensatio<sup>23)</sup>, prostibulorum approbatio, tolerantia, exercitium, eorundemque frequentatio<sup>24)</sup>; vota coelibatus illaqueantia<sup>25)</sup>, matrimonii dilatio indebita<sup>26)</sup>, polygamia, qua plures habet, aut vir uxores, aut foemina maritos eodem tempore<sup>27)</sup>, iniustum divortium<sup>28)</sup>, aut desertio iniusta<sup>29)</sup>, otium, gula, ebrietas<sup>30)</sup>, consortii impudici usus<sup>31)</sup>, ut et lascivarum cantionum, librorum, picturarum, saltationum, ludorum sceniceorum<sup>32)</sup>, omnium denique quae impudicitiae motus excitare in nobis ahiisse possint, omnesque impudicitiae actus<sup>33)</sup>.

*Q. Quodnam est mandatum octavum?*

*R.* Mandatum octavum est [*Non furaberis*<sup>34)</sup>].

*Quaenam sunt officia octavo mandato imperata?*

Officia octavo praecepto imperata sunt, veritas, fidelitas, iustitiaeque in contractibus ac hominum inter se commerciis<sup>35)</sup>, suum cuique tribuere<sup>36)</sup>, restitutio honorum, si quae iniuste ab

1) 1 Thess. 4, 4. Iob. 31, 1. 1 Cor. 7, 34. 2) Col. 4, 6. 3) 1 Pet. 3, 2. 4) 1 Cor. 7, 2. 35. 36. 5) Iob. 31, 1. 6) Act. 24, 24. 25. 7) Prov. 2, 16. ad 21. 8) 1 Tim. 2, 9. 9) 1 Cor. 7, 2. 10) Prov. 5, 19. 20. 11) 1 Pet. 3, 7. 12) Prov. 31, 11. 27. 28. 13) Prov. 5, 8. Gen. 39, 8. 9. 10. 14) Prov. 5, 7. 15) Heb. 13, 4. Gal. 5, 19. 16) 2 Sam. 13, 14. 1 Cor. 5, 1. 17) Rom. 1, 24. 26. 27. Lev. 20, 15. 16. 18) Mat. 5, 28. Mat. 15, 19. Col. 3, 5. 19) Eph. 5, 3. 4. Prov. 7, 5. 21. 22. 20) Isa. 3, 16. 2 Pet. 2, 14. 21) Prov. 7, 10. 13. 22) 1 Tim. 4, 3. 23) Lev. 18, 1. ad 21. Marc. 6, 18. Mh. 2, 11. 12. 24) 1 Reg. 15, 12. 2 Reg. 23, 7. Deut. 23, 17. 18. Lev. 19, 29. Ier. 5, 7. Prov. 7, 24. 25. 26. 27. 25) Matt. 19, 10. 11. 26) 1 Cor. 7, 7. 8. 9. Gen. 38, 26. 27) Mal. 2, 14. 15. Mat. 19, 5. 28) Mal. 2, 16. Matt. 5, 32. 29) 1 Cor. 7, 12. 13. 30) Ezech. 16, 49. Prov. 23, 30. 33. 31) Gen. 39, 10. Prov. 5, 8. 32) Eph. 5, 4. Ezech. 23, 14. 15. 16. Isa. 23, 15. 16. 17. Isa. 3, 16. Marc. 6, 22. Rom. 13, 13. 1 Pet. 4, 3. 33) 2 Reg. 9, 30. cum Ier. 4, 30. et Ezech. 23, 40. 34) Exod. 20, 15. 35) Psal. 15, 2. 4. Zech. 7, 4. 10. Zech. 8, 16. 17. 36) Rom. 13, 7.

his ad quos iure spectant detineantur<sup>1)</sup>; largitio ac mutatio gratuita, prout res nostrae tulerint, ac necessitates aliorum flagitaverint<sup>2)</sup>; iudiciorum nostrorum voluntatum et affectionum circa res mundanas moderatio<sup>3)</sup>, providens cura studiumque ea quae naturae nostrae sustentandae necessaria sunt ac convenientia, conditionique nostrae congruentia<sup>4)</sup> acquirendi<sup>5)</sup>, conservandi, adhibendi, ac ordinandi; vitae genus licitum<sup>6)</sup>, in eoque diligentia<sup>7)</sup>; frugalitas<sup>8)</sup>; actionum forensium<sup>9)</sup>, ac fideiussionum, nisi si forte necessariae fuerint, evitatio, aliarumque eius generis obligationum<sup>10)</sup>, una cum conatu res et bona externa non minus aliorum quam nostra, iustis quibusque licitisque mediis, cum procurandi, tum conservandi ac promovendi<sup>11)</sup>.

*Q. Quae sunt peccata vetita in octavo praecepto?*

*R. Peccata octavo praecepto vetita (praeter officiorum quas inibi exiguntur neglectum<sup>12)</sup> sunt furtum<sup>13)</sup>, latrocinium<sup>14)</sup>, plagium<sup>15)</sup>; rei cuiuslibet vi aut dolo malo ablatae receptio<sup>16)</sup>; fraudem exercere<sup>17)</sup>, ponderibus ac mensuris iniustus uti<sup>18)</sup>, terminos dimovere<sup>19)</sup>, in contractibus hominum inter se<sup>20)</sup>, aut in rebus fidei commissis iniustitia et fraudulentia<sup>21)</sup>, oppressio<sup>22)</sup>, expilatio<sup>23)</sup>, foeneratio<sup>24)</sup>, corrupta munusum acceptatio<sup>25)</sup>, actiones forenses excoercientes<sup>26)</sup>, agrorum diremptiones ac villarum depopulationes iniustae<sup>27)</sup>, Timiopolas agere, asde rerum precium augeatur<sup>28)</sup>, instituta vitae illicita<sup>29)</sup>, omnes aliae rationes iniustae ac nefariae quibus a proximo nostro quod ei iure debetur aut auferimus, aut detinemus, aut nosmet ipsos locupletamus<sup>30)</sup>; avaritia<sup>31)</sup>, inordinata honorum aestimatio, aut affectatio<sup>32)</sup>, diffidentes ac distrahen-  
studiaque in eis acquirendis, conservandis, utendisque<sup>33)</sup> aliorum rebus prosperis invidere<sup>34)</sup>; prout etiam ignavia<sup>35)</sup>, prodigalitas, lusus vastantes; reliquaeque omnes viae damnus rei*

1) Lev. 6, 2. 3. 4. 5. cum Luc. 19, 8. 2) Luc. 6, 30. 38. 1 Ioh. 3, 27. Eph. 4, 28. Gal. 6, 10. 3) 1 Tim. 6, 6. 7. 8. 9. Gal. 6, 14. 4) Prov. 27, 23. ad finem. Eccles. 2, 24. Eccles. 3, 12. 13. 1 Tim. 6, 17. 18. Isa. 38, 1. Mat. 11, 8. 5) 1 Tim. 5, 8. 6) 1 Cor. 7, 20. Gen. 2, 15. Gen. 3, 19. 7) Eph. 4, 28. Prov. 10, 4. 8) Ioh. 6, 12. Prov. 21, 20. 9) 1 Cor. 6, 1. ad 9. 10) Prov. 6, 1. ad 6. Prov. 11, 5. 11) Lev. 25, 35. Deut. 22, 1. 2. 3. 4. Exod. 23, 4. 5. Gen. 47, 14, 20. Phil. 2, 4. Matt. 22, 39. 12) Iac. 2, 15. 16. 1 Ioh. 3, 17. 13) Eph. 4, 28. 14) Psal. 62, 10. 15) 1 Tim. 1, 10. 16) Prov. 29, 24. Psal. 50, 18. 17) 1 Thes. 4, 6. 18) Prov. 11, 1. Prov. 20, 10. 19) Deut. 19, 14. Prov. 23, 10. 20) Amos 8, 5. Psal. 37, 21. 21) Luc. 16, 10. 11. 12. 22) Ezech. 22, 29. Lev. 25, 17. 23) Matt. 23, 25. Ezech. 22, 12. 24) Psal. 15, 5. 25) Iob. 15, 34. 26) 1 Cor. 6, 6. 7. 8. Prov. 3, 29. 30. 27) Isa. 5, 8. Mic. 2, 2. 28) Prov. 11, 26. 29) Act. 19, 19. 24. 25. 30) Iob. 20, 19. Iac. 5, 4. Prov. 21, 6. 31) Luc. 12, 15. 32) 1 Tim. 6, 5. Col. 3, 2. Prov. 23, 5. Psal. 62, 10. 33) Matt. 6, 25. 31. 34. Eccles. 5, 15. 34) Psal. 73, 3. Psal. 37, 1. 7. 35) 2 Thes. 3, 11. Prov. 18, 9.

nostrae familiari indebite inferendi <sup>1)</sup>, uti et debito usu, ac solatio ex rebus nobis a Deo donatis percipiendo nostrimet defraudatio <sup>2)</sup>.

*Q. Quodnam est mandatum nonum?*

*R. Mandatum nonum est [Non eris adversus proximum tuum testis mendax] <sup>3)</sup>.*

*Q. Quae sunt officia nono mandato imperata?*

*R. Officia nono mandato imperata sunt, veritatem inter homines <sup>4)</sup>, bonumque nomen et existimationem proximi aequae ac nostrum conservare <sup>5)</sup>, ac promovere; veritatem publice agnoscere ac defendere <sup>6)</sup>, eam ex animo <sup>7)</sup>, sincere <sup>8)</sup>, libere <sup>9)</sup>, plane <sup>10)</sup>, pleneque <sup>11)</sup> proloqui eamque solam, cum in rebus forensibus ac iuridicis <sup>12)</sup>, tum in aliis rebus quibuscunque <sup>13)</sup>; bene de proximis nostris prae charitate existimare <sup>14)</sup>, eorumque bonum nomen amare, cupere, deque eo gaudere <sup>15)</sup>; de ipsorum infirmitatibus dolore affici <sup>16)</sup>, easque cooperiri <sup>17)</sup>; dona et gratias eorum lubenter agnoscere <sup>18)</sup>; eorum innocentiam propugnare <sup>19)</sup>, bonam de iis famam prompte excipere <sup>20)</sup>, obloquutiones vero non nisi invite admittere <sup>21)</sup>; delatores <sup>22)</sup>, adultores <sup>23)</sup>, ac detractores reiicere <sup>24)</sup>; nominis nostri amorem curamque gerere, illudque ubi opus est, defendere <sup>25)</sup>; promissiones licitas praestare <sup>26)</sup>; quaecunque denique vera sunt, quaecunque honesta, quaecunque amabilia, quaecunque boni nominis, eis studere, ea facere <sup>27)</sup>.*

*Q. Quenam sunt peccata nono praecepto prohibita?*

*R. Peccata nono praecepto prohibita sunt, veritatem aut nomen seu proximorum sive nostrum quocunque modo violare <sup>28)</sup>, tum praeceptum praeipue in iudiciis publicis <sup>29)</sup> testimonium falsum praestare <sup>30)</sup>, testes falsos subornare <sup>31)</sup>, scienter ac prudenter mala causam aut praesentia aut patrocinio defendere, veritatem impudenter ac vultuose opprimere <sup>32)</sup>, sententiam iniustam ferre <sup>33)</sup>, quod malum est bonum, quod vero bonum est malum dicere, improbos secundum opera iustorum remunerare, iustos autem secundum opera improborum <sup>34)</sup>; testamenta vel tabulas subiicere aut*

1) Prov. 21, 17. Prov. 23, 20. 21. Prov. 28, 19. Eccles. 4, 8. 2) Eccles. 6, 2. 1 Tim. 5, 8. 3) Exod. 20, 16. 4) Zech. 8, 16. 5) 3 Ioh. v. 12. 6) Prov. 31, 8. 9. 7) Psal. 15, 2. 8) 2 Chron. 19, 9. 9) 1 Sam. 19, 4. 5. 10) Ios. 7, 19. 11) 2 Sam. 14, 18. 19. 20. 12) Lev. 19, 15. Prov. 14, 5. 25. 13) 2 Cor. 1, 17. 18. Eph. 4, 25. 14) Heb. 6, 9. 1 Cor. 13, 7. 15) Rom. 1, 8. 2 Ioh. v. 4. 3 Ioh. v. 3. 4. 16) 2 Cor. 2, 4. 2 Cor. 12, 21. 17) Prov. 17, 9. 1 Pet. 4, 8. 18) 1 Cor. 1, 4. 5. 7. 2 Tim. 1, 4. 5. 19) 1 Sam. 22, 14. 20) 1 Cor. 13, 6. 7. 21) Psal. 15, 3. 22) Prov. 25, 23. 23) Prov. 26, 24. 25. 24) Psal. 101, 5. 25) Prov. 22, 1. Ioh. 8, 49. 26) Psal. 15, 4. 27) Phil. 4, 8. 28) 1 Sam. 17, 28. 2 Sam. 16, 3. 2 Sam. 1, 9. 10. 15. 16. 29) Lev. 19, 15. Hab. 1, 4. 30) Prov. 19, 5. Prov. 6, 16. 19. 31) Act. 6, 13. 32) Ier. 9, 3. 5. Act. 24, 2. 5. Psal. 12, 3. 4. Psal. 52, 1. 2. 3. 4. 33) Prov. 17, 15. 1 Reg. 21, 9. 10. 11. 12. 43. 34) Isa. 5, 23.

comminisci<sup>1)</sup>, veritatem suppressere, indebite in causa iusta reticere<sup>2)</sup>, prout etiam silere, quodcumque iniquitatem aut ipsi reprehendere<sup>3)</sup>, aut ad alios deferre debemus<sup>4)</sup>; veritatem dicere, intempestive<sup>5)</sup>, malitiose in malum finem<sup>6)</sup>, eandem in falsam sententiam pervertere<sup>7)</sup>, aut dubie ac equivoce preferre ad veritatis iustitiaeve incommodum ac detrimentum<sup>8)</sup>; falsiloquium<sup>9)</sup>; mendacium<sup>10)</sup>; obtretractio<sup>11)</sup>; absentium insimulatio<sup>12)</sup>, detrectatio<sup>13)</sup>; rumigeratio<sup>14)</sup>; susurrus<sup>15)</sup>; subsannatio<sup>16)</sup>, convitium<sup>17)</sup>, censura temeraria<sup>18)</sup>, tetrica<sup>19)</sup>, iniqua<sup>20)</sup>, intentionum, verborum actionumque mala interpretatio<sup>21)</sup>, adulatio<sup>22)</sup>, ostentatio vana<sup>23)</sup>, nimis horrifice aut viliter de nobismet ipsis aliisve aut loqui aut sentire<sup>24)</sup>, donorum gratiarumque Dei abnegatio<sup>25)</sup>, levioris culpae aggravatio<sup>26)</sup>; peccatorum occultatio, exexcusatio vel extenuatio, cum ad ea libere confitendum invitamur<sup>27)</sup>; infirmitatum proditio non necessaria<sup>28)</sup>; falsos rumores spargere<sup>29)</sup>; oblocutiones avide accipere, iisque favere<sup>30)</sup>; aures adversus defensionem iustam obturare<sup>31)</sup>, suspicio mala<sup>32)</sup>; merita cuiusquam laudi videre vel indolerere<sup>33)</sup>; eamque imminuendi conatus ac desiderium<sup>34)</sup>; e cuiusvis dedecore ac infamia laetitiam capere<sup>35)</sup>; contemptus fastidiosus<sup>36)</sup>; admiratio stulta<sup>37)</sup>; promissionum licitarum violatio<sup>38)</sup>, neglectus earum rerum quae sunt bonae famae<sup>39)</sup>, earum autem quae malam famam conciliant, cum a nobis ipsis perpetratio vel non-declinatio, tum in aliis, quoad eius fieri potest; non-impeditio<sup>40)</sup>.

*Q. Quodnam est mandatum decimum?*

*R. Mandatum decimum est [Non concupisces proximi tui domum, non concupisces proximi tui uxorem, non servam, non*

1) Psal. 119, 69. Luc. 19, 8. Luc. 16, 5. 6. 7. 2) Lev. 5, 1. Dent. 13, 8. Act. 5, 3. 8. 9. 2 Tim. 4, 16. 3) 1 Reg. 1, 6. Lev. 19, 17. 4) Isa. 59, 4. 5) Prov. 29, 11. 6) 1 Sam. 22, 9. 10. cum Psal. 52, 1. 2. 3. 4. 7) Psal. 56, 5. Ioh. 2, 19. cum Mat. 26, 60. 61. 8) Gen. 3, 5. Gen. 26, 7. 9) Isa. 59, 13. 10) Lev. 19, 11. Col. 3, 9. 11) Psal. 50, 20. 12) Psal. 15, 3. 13) Iac. 4, 11. Ier. 38, 4. 14) Lev. 19, 16. 15) Rom. 1, 29. 30. 16) Gen. 21, 9. cum Gal. 4, 29. 17) 1 Cor. 6, 10. 18) Mat. 7, 1. 19) Act. 28, 4. 20) Gen. 38, 24. Rom. 2, 1. 21) Neh. 6, 6. 7. 8. Rom. 3, 8. Psal. 69, 10. 1 Sam. 1, 13. 14. 15. 2 Sam. 10, 3. 22) Psal. 12, 2. 3. 23) 2 Tim. 3, 2. 24) Luc. 18, 9. 11. Rom. 12, 16. 1 Cor. 4, 6. Act. 12, 22. Exod. 4, 10. 11. 12. 13. 14. 25) Iob. 27, 5. 6. Iob. 4, 6. 26) Mat. 7, 3. 4. 5. 27) Prov. 28, 13. Prov. 30, 20. Gen. 3, 12. 13. Ier. 2, 35. 2 Reg. 5, 25. Gen. 4, 9. 28) Gen. 9, 22. Prov. 25, 9. 10. 29) Exod. 23, 1. 30) Prov. 29, 12. 31) Act. 7, 56. 57. Iob. 31, 13. 14. 32) 1 Cor. 13, 5. 1 Tim. 6, 4. 33) Num. 11, 29. Mat. 21, 15. 34) Ezr. 4, 12. 13. 35) Ier. 48, 27. 36) Psal. 35, 15. 16. 21. Matt. 27, 28. 29. 37) Iudae v. 16. Act. 12, 22. 38) Rom. 1, 31. 2 Tim. 3, 3. 39) 1 Sam. 2, 24. 40) 2 Sam. 13, 12. 13. Pro. 5, 8. 9. Prov. 6, 33.

*ancillam, non bovem, non asinum, neque aliud denique quicquam quod est proximi tui<sup>1)</sup>]).*

*Q. Quenam sunt officia quae decimo praecepto exiguntur?*

*R. Officia quae decimo praecepto exiguntur sunt, acquiescentia sorti nostrae adeo perfecta<sup>2)</sup>, totiusque animae nostrae adeo benevola in proximum dispositio, ut omnes interni nostri motus ac affectus eum spectantes ad bonum ipsius tendant, idemque promoveant universum<sup>3)</sup>.*

*Q. Quae vero sunt peccata decimo mandato prohibita?*

*R. Peccata decimo mandato prohibita sunt, rerum nostrarum displicentia<sup>4)</sup>, invidia<sup>5)</sup>, dolorque de bono proximi<sup>6)</sup>, una cum motibus affectibusque circa res eius indebitis quibuscunque<sup>7)</sup>.*

*Q. Quisquamne potest mandata Dei perfecte observare?*

*R. Nemo potis est vel e seipso<sup>8)</sup>, vel ex gratia quavis in hac vita recepta mandata Dei perfecte implere<sup>9)</sup>, verum ea quotidie violat cum cogitationibus<sup>10)</sup>, tum dictis, factisque<sup>11)</sup>.*

*Q. An vero sunt omnes legis Divinae transgressiones sua natura atque in conspectu Dei ex aequo graves?*

*R. Omnes leges Divinae transgressiones non sunt ex aequo graves; verum peccata quaedam aliis, tam sua natura, quam propter varias eorundem aggravationes, sunt in conspectu Dei graviora<sup>12)</sup>.*

*Q. Quenam sunt aggravationes illae quibus peccata alia aliis redduntur graviora?*

*R. Peccatis aggravationes accedunt*

*personis delinquentibus<sup>13)</sup>, nempe si illis aetas provecior sit<sup>14)</sup>, si plus habeant experientiae, aut gratiae<sup>15)</sup>, quoque magis professione religionis<sup>16)</sup>, donis<sup>17)</sup>, dignitate<sup>18)</sup>, ac munere sunt praestantes<sup>19)</sup>, si sint aliorum duces<sup>20)</sup>, quorumque exemplum plures possit ad imitationem invitare<sup>21)</sup>.*

*A personis laesis<sup>22)</sup>, si immediate adversus Deum<sup>23)</sup>, eius attributa<sup>24)</sup>, cultumque<sup>25)</sup>; adversus Christum, eiusque gratiam<sup>26)</sup>; Spiritum Sanctum<sup>27)</sup>, eius testimonium<sup>28)</sup>, ac opera-*

1) Exod. 20, 17. 2) Heb. 13, 5. 1 Tim. 6, 6. 3) Iob. 31, 29. Rom. 12, 15. Psal. 122, 7. 8. 9. 1 Tim. 1, 5. Esth. 10, 3. 1 Cor. 13, 4. 5. 6. 7. 4) 1 Reg. 21, 4. Esth. 5, 13. 1 Cor. 10, 10. 5) Gal. 5, 26. Iac. 3, 14. 16. 6) Psal. 112, 9. 10. Neh. 2, 10. 7) Rom. 7, 7. 8. Rom. 13, 9. Col. 3, 5. Deut. 5, 21. 8) Iac. 3, 2. Ioh. 15, 5. Rom. 8, 3. 9) Eccles. 7, 20. 1 Ioh. 1, 8. 10. Gal. 5, 17. Rom. 7, 18. 19. 10) Gen. 6, 5. Gen. 8, 21. 11) Rom. 3, 9. ad 21. Iac. 3, 2. ad 13. 12) Ioh. 19, 11. Ezech. 8, 6. 13. 15. 1 Ioh. 5, 16. Psal. 78, 17. 32. 56. 13) Ier. 2, 8. 14) Iob. 32, 7. 9. Eccl. 4, 13. 15) 1 Reg. 11, 4. 9. 16) 2 Sam. 12, 14. 1 Cor. 5, 1. 17) Iac. 4, 17. Luc. 12, 47. 48. 18) Ier. 5, 4. 5. 19) 2 Sam. 12, 7. 8. 9. Ezech. 8, 11. 12. 20) Rom. 2, 17. ad 25. 21) Gal. 2, 11. 12. 13. 14. 22) Mat. 21, 38. 39. 23) 1 Sam. 2, 25. Act. 5, 4. Psal. 51, 4. 24) Rom. 2, 4. 25) Mal. 1, 8. 14. 26) Heb. 2, 2. 3. Heb. 12, 25. 27) Heb. 10, 29. Mat. 12, 31. 32. 28) Eph. 4, 30.

tionem<sup>1)</sup>; adversus superiores, viros eminentes<sup>2)</sup>, eosque quibus aut relatione aliqua speciali coniuncti sumus aut officio devincti<sup>3)</sup>; adversus sanctorum quemlibet<sup>4)</sup>, speciatim infirmos fratres<sup>5)</sup>; ipsorum aut aliorum quorumvis animas<sup>6)</sup>; commune bonum seu omnium sive multorum<sup>7)</sup>).

A peccati natura et qualitate<sup>8)</sup>, si contra expressa legis verba sit<sup>9)</sup>, aut plura mandata violata, peccata plura in se continent<sup>10)</sup>; si non solum in corde conceptum, verum etiam dictis aut factis expressum sit<sup>11)</sup>; si aliis sit offensivum<sup>12)</sup>, si reparationem nullam admittat<sup>13)</sup>; si adversus media<sup>14)</sup> salutis, beneficia<sup>15)</sup>, iudicia Dei<sup>16)</sup>, naturae lumen<sup>17)</sup>, conscientiae convictionem<sup>18)</sup>, admonitionem publicam privatamve<sup>19)</sup>, censuras Ecclesiasticas<sup>20)</sup>, punitiones civiles<sup>21)</sup>, nostras ipsorum precepta, proposita, promissa<sup>22)</sup>, vota<sup>23)</sup>, foedera<sup>24)</sup>, obligationes Deo facta aut hominibus<sup>25)</sup>; si deliberate fiat<sup>26)</sup>, praefracto animo<sup>27)</sup>, insolenter<sup>28)</sup>, impudenter<sup>29)</sup>, ostentanter<sup>30)</sup>, malitiose<sup>31)</sup>, frequenter<sup>32)</sup>, refractario<sup>33)</sup>, cum delectatione<sup>34)</sup>, diuturnitate<sup>35)</sup>, aut recidivatione post resipiscentiam<sup>36)</sup>.

A temporis<sup>37)</sup>, locique<sup>38)</sup>, circumstantiis; si die Dominico<sup>39)</sup>, aliisque temporibus divino cultui consecratis<sup>40)</sup>; si immediate praecedat<sup>41)</sup>, vel subsequatur haec<sup>42)</sup>, aliave auxilia quae istiusmodi malis vel praecavendis vel medicandis destinantur<sup>43)</sup>; si publice aut coram aliis, quos probabile est provocatum inde aut coinquinatum iri<sup>44)</sup>.

Q. *Quid de Deo meretur peccatum unumquodque?*

R. Peccatum vel minimum quodque cum adversus supremum

1) Heb. 6, 4. 5. 2) Iudae v. 8. Num. 12, 8. 9. Isai. 3, 5. 3) Prov. 30, 17. 2 Cor. 12, 15. Psal. 55, 12. 13. 14. 15. 4) Zeph. 2, 8. 10. 11. Mat. 18, 6. 1 Cor. 6, 8. Apoc. 17, 6. 5) 1 Cor. 8, 11. 12. Rom. 14, 13. 15. 21. 6) Ezech. 13, 19. 1 Cor. 8, 12. Apoc. 18, 13. Mat. 23, 15. 7) 1 Thess. 2, 15. 16. Iosh. 22, 20. 8) Prov. 6, 30. ad finem. 9) Ezra. 9, 10. 11. 12. 1 Reg. 14, 9. 10. 10) Col. 3, 5. 1 Tim. 6, 10. Prov. 5, 8. 9. 10. 11. 12. Prov. 6, 32. 33. Iosh. 7, 21. 11) Iac. 1, 14. 15. Mat. 5, 22. Mic. 2, 1. 9. 12) Mat. 18. 7. Rom. 2, 23. 24. 13) Deut. 22, 22. cum v. 28. 29. Prov. 6, 32. 35. 14) Mat. 11, 21. 22. 23. 24. Ioh. 15, 22. 15) Isai. 1, 3. Deut. 32, 6. 16) Amos 4, 8. ad 12. Ier. 5, 3. 17) Rom. 1, 26. 27. 18) Rom. 1, 32. Dan. 5, 22. Tit. 3, 10. 11. 19) Prov. 29, 1. 20) Tit. 3, 10. Mat. 18, 17. 21) Prov. 27, 22. Prov. 23, 35. 22) Psal. 78, 34. 35. 36. 37. Ier. 2, 20. Ier. 42, 5. 6. 20. 21. 23) Eccles. 5, 4. 5. 6. Prov. 20, 25. 24) Lev. 26, 25. 25) Prov. 2, 17. Ezech. 17, 18. 19. 26) Psal. 36, 4. 27) Ier. 6, 16. 28) Num. 15, 30. Exod. 21, 14. 29) Ier. 3, 3. Prov. 7, 13. 30) Psal. 52, 1. 31) 3 Ioh. v. 10. 32) Num. 14, 22. 33) Zech. 7, 11. 12. 34) Prov. 2, 14. 35) Isa. 57, 17. 36) Ier. 34, 8. 9. 10. 11. 2. Pet. 2, 20. 21. 22. 37) 2 Reg. 5, 26. 38) Ier. 7, 10. Isa. 26, 10. 39) Ezech. 23, 37. 38. 39. 40) Isa. 58, 3. 4. 5. Num. 25, 6. 7. 41) 1 Cor. 11, 20. 21. 42) Ier. 7, 8. 9. 10. Prov. 7, 14. 15. Ioh. 13, 27. 30. 43) Ezra 9, 13. 14. 44) 2 Sam. 16, 22. 1 Sam. 2, 22. 23. 24.

Dei Dominum<sup>1)</sup>, bonitatem<sup>2)</sup>, et sanctitatem<sup>3)</sup>, iustamque eius legem fiat<sup>4)</sup>, iram eius ac maledictionem<sup>5)</sup> tam in hac vita<sup>6)</sup> quam futura commeretur<sup>7)</sup>, neque potest nisi Christi sanguine expiari<sup>8)</sup>.

*Q. Quid a nobis exigit Deus, quo iram eius ac maledictionem nobis debitam propter legis transgressionem, effugiamus?*

R. Quo iram ac maledictionem Dei propter transgressionem legis nobis debitam effugiamus, a nobis exigit respicientiam erga Deum, fidemque erga Dominum nostrum Iesum Christum<sup>9)</sup>, ac diligentem mediorum externorum usum, quibus communicat nobis Christus mediationis suae beneficia<sup>10)</sup>.

*Q. Quanam sunt externa illa media quibus Christus nobis mediationis suae communicat beneficia?*

R. Media externa ac ordinaria quibus Christus communicat Ecclesiae suae mediationis suae beneficia sunt instituta eius omnia; imprimis autem verbum, sacramenta et oratio, quae quidem omnia electis fiunt ad salutem efficacia<sup>11)</sup>.

*Q. Quomodo fit verbum efficax ad salutem?*

R. Spiritus Dei lectionem verbi, praecipue vero praedicationem reddit, medium efficax illuminandi<sup>12)</sup>, convincendi, humiliandi que peccatores<sup>13)</sup>, eosque amolendi ab omni confidentia sui, ad Christum autem pertrahendi<sup>14)</sup>, ac ad imaginem eius conformandi<sup>15)</sup>, eiusque eos voluntati subiugandi<sup>16)</sup>, quin etiam confirmandi eos adversus tentationes omnes corruptionesque<sup>17)</sup>, aedificandi in gratia<sup>18)</sup>, eorumque corda in sanctitate ac solatio per eum ad salutem stabiliendi<sup>19)</sup>.

*Q. Estne igitur verbum Dei ab omnibus legendum?*

R. Quamvis omnibus non sit permissum, ut verbum Dei publice legant coram toto coetu<sup>20)</sup>, nullum tamen est genus hominum quod seorsim<sup>21)</sup>, ac in familiis suis illud legere non tenetur<sup>22)</sup>, in quem finem scripturae sacrae sunt ex originalibus in vulgares linguas transferendae<sup>23)</sup>.

1) Iac. 2, 10. 11. 2) Exod. 20, 1. 2. 3) Hab. 1, 13. Lev. 19, 3. Lev. 11, 44. 45. 4) 1 Ioh. 3, 4. Rom. 7, 12. 5) Eph. 5, 6. Gal. 3, 10. 6) Lam. 3, 39. Deut. 28, 15. ad finem 7) Mat. 25, 41. 8) Heb. 9, 22. 1 Pet. 1, 18. 19. 9) Act. 20, 21. Mat. 3, 7. 8. Luc. 13, 3. 5. Act. 16, 30. 31. Ioh. 3, 16. 18. 10) Prov. 2, 1. ad 6. Prov. 8, 33. ad finem. 11) Mat. 28, 19. 20. Act. 2, 42. 46. 47. 12) Neh. 8, 8. Act. 26, 18. Psal. 19, 8. 13) 1 Cor. 14, 24. 25. 2 Chron. 34, 18. 19. 26. 27. 28. 14) Act. 2, 37. 41. Act. 8, 27. ad 39. 15) 2 Cor. 3, 18. 16) 2 Cor. 10, 4. 5. 6. Rom. 6, 17. 17) Mat. 4, 4. 7. 10. Eph. 6, 16. 17. Psal. 19, 11. 1 Cor. 10, 11. 18) Act. 20, 32. 2 Tim. 3, 15. 16. 17. 19) Rom. 16, 25. 1 Thes. 3, 2. 10. 11. 12. Rom. 15, 4. Rom. 10, 13. 14. 15. 16. 17. Rom. 1, 16. 20) Deut. 31, 9. 11. 12. 13. Neh. 8, 2. 3. Neh. 9, 3. 4. 5. 21) Deut. 17, 19. Apoc. 1, 3. Ioh. 5, 39. Isa. 34, 16. 22) Deut. 6, 6. 7. 8. 9. Gen. 18, 17. 19. Psal. 78, 5. 6. 7. 23) 1 Cor. 14, 6. 9. 11. 12. 15. 16. 24. 27. 28.

*Q. Qui legendum est verbum Dei?*

R. Scripturae. sacrae legendae sunt cum summa illarum veneratione, ac reverentia<sup>1)</sup>; cum persuasione firma, esse illas ipsissimum verbum Dei<sup>2)</sup>, eumque solum efficere posse ut illas intelligamus<sup>3)</sup>; cum desiderio voluntatem Divinam in iis revelatam cognoscendi, credendi, eique obtemperandi<sup>4)</sup>; cum diligentia<sup>5)</sup>, ac earum materiae scopoque attentione<sup>6)</sup>, cum meditatione<sup>7)</sup>, applicatione<sup>8)</sup>, abnegatione nostri<sup>9)</sup>, ac oratione<sup>10)</sup>.

*Q. A quibus praedicari debet verbum Dei?*

R. Verbum Dei ab iis solis praedicari debet, qui donis sufficienter instructi sunt<sup>11)</sup>, atque insuper debite ad id officii approbati vocatique<sup>12)</sup>.

*Q. Quomodo praedicare debent verbum Dei qui sunt ad illud muneris vocati ac designati?*

R. Qui vocati sunt ad laborandum in verbi ministerio, praedicare debent doctrinam sanam<sup>13)</sup>, diligenter<sup>14)</sup>, tempestive, intempestive<sup>15)</sup>; simpliciter<sup>16)</sup>, non in alienis humanae sapientiae verbis, verum in demonstratione Spiritus, et potentia<sup>17)</sup>; fideliter<sup>18)</sup>, totum Dei consilium manifestando<sup>19)</sup>; prudenter<sup>20)</sup>, variae auditorum necessitati et captui semet accommodando<sup>21)</sup>; fervide<sup>22)</sup> e flagrante Dei<sup>23)</sup> animarumque populi eius amore<sup>24)</sup>, sincere<sup>25)</sup>, in Dei gloriam<sup>26)</sup>, populique conversionem<sup>27)</sup>, aedificationem<sup>28)</sup>, ac salutem collimando<sup>29)</sup>.

*Q. Quid exigitur a praedicationem verbi audientibus?*

R. Ab iis qui praedicationem verbi audiunt id exigitur, ut ei cum omni diligentia<sup>30)</sup>, praeparatione<sup>31)</sup>, ac oratione attendant; ut quicquid audierint, per scripturas examinent<sup>32)</sup>, ut fide<sup>33)</sup>, amore<sup>34)</sup>, lenitate<sup>35)</sup>, ac promptitudine animi<sup>36)</sup> veritatem excipiant tanquam verbum Dei<sup>37)</sup>; de eo meditentur<sup>38)</sup>,

1) Psal. 19, 10. Neh. 8, 3. ad 10. Exod. 24, 7. 2 Chron. 34, 27. Isai. 66, 2. 2) 2 Pet. 1, 19. 20. 21. 3) Luc. 24, 45. 2 Cor. 3, 13. 14. 15. 16. 4) Deut. 17, 19. 20. 5) Act. 17, 11. 6) Act. 8, 30. 34. Luc. 10, 26. 27. 28. 7) Psal. 1, 2. Psal. 119, 97. 8) 2 Chr. 34, 21. 9) Prov. 3, 5. Deut. 33, 3. 10) Prov. 2, 1. ad 7. Psal. 119, 18. Neh. 8, 6. 8. 11) 1 Tim. 3, 2. 6. Eph. 4, 8. 9. 10. 11. Hos. 4, 6. Mal. 2, 7. 2 Cor. 3, 6. 12) Ier. 14, 15. Rom. 10, 15. Heb. 5, 4. 1 Cor. 12, 28. 29. 1 Tim. 3, 10. 1 Tim. 4, 14. 1 Tim. 5, 22. 13) Tit. 2, 1. 8. 14) Act. 18, 25. 15) 2 Tim. 4, 2. 16) 1 Cor. 14, 19. 17) 1 Cor. 2, 4. 18) Ier. 23, 28. 1 Cor. 4, 1. 2. 19) Act. 20, 27. 20) Col. 1, 28. 2 Tim. 2, 15. 21) 1 Cor. 3, 2. Heb. 5, 12. 13. 14. Luc. 12, 42. 22) Act. 18, 25. 23) 2 Cor. 5, 13. 14. Phil. 1, 15. 16. 17. 24) Col. 4, 12. 2 Cor. 12, 15. 25) 2 Cor. 2, 17. 2 Cor. 4, 2. 26) 1 Thes. 2, 4. 5. 6. Ioh. 7, 18. 27) 1 Cor. 9, 19. 20. 21. 22. 28) 2 Cor. 12, 19. Eph. 4, 12. 29) 1 Tim. 4, 16. Act. 26, 16. 17. 18. 30) Prov. 8, 34. 31) 1 Petr. 2, 1. 2. Luc. 8, 18. Psal. 119, 18. Eph. 6, 18. 19. 32) Act. 17, 11. 33) Heb. 4, 2. 34) 2 Thes. 2, 10. 35) Iac. 1, 21. 36) Act. 17, 11. 37) 1 Thes. 2, 13. 38) Luc. 9, 44. Heb. 2, 1.



sermoneſque conferant<sup>1)</sup>; in cordibus ſuis abundant<sup>2)</sup>; eiſque fructus in vita ſua edant<sup>3)</sup>.

*Q. Qua vero ratione ſunt Sacramenta ſalutis media efficacia?*

*R.* Sacramenta ſunt media ſalutis efficacia, non per vim quamvis ipsis intrinſecam, aut per virtutem aliquam ab adminiſtrantis pietate, vel intentione derivatam; verum tantummodo per operationem ſancti Spiritus et benedictionem Chriſti, a quo ſunt inſtituta<sup>4)</sup>.

*Q. Quid eſt ſacramentum?*

*R.* Sacramentum eſt ordinatio ſacra a Chriſto in Eccleſia ſua inſtituta<sup>5)</sup>, ad mediationis ſuae beneficia<sup>6)</sup> eiſ qui ſunt in foedere gratiae<sup>7)</sup> ſignificandum, obſignandum et exhibendum<sup>8)</sup>; utrumque fidem caeteraſque gratias confirmandum atque<sup>9)</sup>, eos ad obedientiam obligandum<sup>10)</sup>, eorumque amorem ac communionem inter ſe mutuam teſtificandum fovendumque<sup>11)</sup>, quinetiam eos ab extraneis diſtinguendum<sup>12)</sup>.

*Q. Quae ſunt partes Sacramenti?*

*R.* Sacramenti partes duae ſunt; altera quidem ſignum externum ac ſenſibile adhibitum ſecundum Chriſti iuſtitutionem; altera vero gratia interna eſt ac ſpiritualis per illud ſignificata<sup>13)</sup>.

*Q. Cedo numerum Sacramentorum, quae Chriſtus inſtituit in Eccleſia ſua ſub N. T.?*

*R.* Sub Novo Testamento Chriſtus in Eccleſia ſua duo tantum inſtituit Sacramenta, baptiſmum ſcilicet ac coenam Domini<sup>14)</sup>.

*Q. Quid eſt baptiſmus?*

*R.* Baptiſmus eſt Sacramentum N. T. quo ablationem per aquam in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti<sup>15)</sup> ordinavit Chriſtus, quae ſignum foret ac ſigillum inſitionis in ipſum<sup>16)</sup>, remiſſionis peccatorum per ſanguinem ipſius<sup>17)</sup>, ut et regenerationis per eius ſpiritum<sup>18)</sup>, adoptionis item<sup>19)</sup>, ac reſurrectionis ad vitam aeternam<sup>20)</sup>, quaque perſonae baptizatae in eccleſiam viſibilem ſolemniter admittuntur<sup>21)</sup>, et paciſcantur publice ac ex profeſſo, ſe nempe totos fore ſolius Domini<sup>22)</sup>.

*Q. Quibus adminiſtrandus eſt baptiſmus?*

*R.* Baptiſmus non eſt quibusdam adminiſtrandus, qui ſunt

1) Luc. 24, 14. Deut. 6, 6. 7. 2) Prov. 2, 1. Pſal. 119, 11.  
3) Luc. 8, 15. Iac. 1, 25. 4) 1 Pet. 3, 21. Act. 8, 13. cum v. 23.  
1 Cor. 3, 6. 7. 1 Cor. 12, 13. 5) Gen. 17, 7. 10. Exod. 12. cap. Matt.  
28, 19. Mat. 26, 27. 28. 6) Act. 2, 38. 1 Cor. 10, 16. 7) Rom. 15, 8.  
Exod. 12, 48. 8) Rom. 4, 11. 1 Cor. 11, 24. 25. 9) Rom. 4, 11. Gal. 3, 27.  
10) Rom. 6, 3. 4. 1 Cor. 10, 21. 11) Eph. 4, 2. 3. 4. 5. 1 Cor. 12,  
13. 12) Eph. 2, 11. 12. Gen. 34, 14. 13) Matt. 3, 11. 1. Petr. 3,  
21. Rom. 2, 28. 29. 14) Matt. 28, 19. 1 Cor. 11, 20. 23. Mat. 26,  
26. 27. 28. 15) Matt. 28, 19. 16) Gal. 3, 27. 17) Marc. 1, 4.  
Apoc. 1, 5. 18) Tit. 3, 5. Eph. 5, 26. 19) Gal. 3, 26. 27. 20) 1 Cor.  
15, 29. Rom. 6, 5. 21) 1 Cor. 12, 13. 22) Rom. 6, 4.

extra Ecclesiam visibilem, adeoque a foedere promissionis alieni, usque dum suam in Christum fidem, eique se obediens fore profiteantur<sup>1)</sup>: infantes autem a parentum utroque vel altero tantum procreati, fidem in Christum, eique obedientiam proficente, vel eo foederati sunt ac baptizandi<sup>2)</sup>.

*Q. Qua ratione recolendus est nobis baptismus noster quo uberiorem exinde fructum percipiamus?*

R. Necessarium (at neglectum nimis) officium baptismum nostrum recolendi quo uberiorem exinde fructum percipiamus a nobis tota vita praestari debet, praecipue vero tentationis tempore, dumque aliis nobis praesentibus administratur<sup>3)</sup>; serio nempe gratoque animo naturam eius considerando, finesque propter quos est a Christo institutus, privilegia, ac beneficia per illum collata et obsignata, nostrumque in eo votum solenniter nuncupatum<sup>4)</sup>; humiliando nosmet ipsos propter nefaria nostra inquinamenta, quodque gratiae baptismi defuerimus, nostraeque in eo pactioni<sup>5)</sup>; eisque plane contrarii ambulaverimus promovendo ad certitudinem remissionis peccatorum, ut et benedictionem omnium reliquarum quaecunque in eo nobis sacramento obsignantur<sup>6)</sup>; derivando vires a Christi morte ac resurrectione, in quem baptizati sumus, ad mortificationem peccati, et gratiae vivificationem<sup>7)</sup>; operam dando ut fide vivamus<sup>8)</sup>, et conversationem nostram in sanctiternia ac iustitia habeamus<sup>9)</sup>, quemadmodum illos decet qui nomina sua Christo inibi dederunt<sup>10)</sup>, utque in fraterna charitate ambulemus, eodem nempe spiritu in idem corpus baptizati<sup>11)</sup>.

*Q. Quid est coena Dominica?*

R. Coena Dominica est N. T. sacramentum<sup>12)</sup>, in quo dando accipiendoque panem ac vinum, secundum constitutionem Iesu Christi, mors eius declaratur; quique digne participant corpore ipsius ac sanguine vescuntur ad eorum spiritualem nutritionem, et incrementum in gratia<sup>13)</sup>; unionem cum eo ac communionem habent confirmatam<sup>14)</sup>, gratitudinem suam erga Deum<sup>15)</sup>, et cum eo pactionem<sup>16)</sup>, mutuumque amorem ac societatem inter se tanquam membra eiusdem corporis mystici testantur renovantque<sup>17)</sup>.

*Q. Quomodo in sacramento coenae Dominicae dandum accipiendumque panem ac vinum ordinavit Christus?*

1) Act. 8, 36. 37. Act. 2, 38. 2) Gen. 17, 7. 9. cum Gal. 3, 9, 14. et Col. 2, 11. 12. et Act. 2, 38. 39. et Rom. 4, 11. 12. 1 Cor. 7, 14. Matt. 28, 19. Luc. 18, 15. 16. Rom. 11, 16. 3) Col. 2, 11. 12. Rom. 6, 4. 6. 11. 4) Rom. 6, 3. 4. 5. 5) 1 Cor. 1, 11. 12. 13. Rom. 6, 2. 3. 6) Rom. 4, 11. 12. 1 Pet. 3, 21. 7) Rom. 6, 3. 4. 5. 8) Gal. 3, 26. 27. 9) Rom. 6, 22. 10) Act. 2, 38. 11) 1 Cor. 12, 13. 25. 26. 27. 12) Luc. 22, 20. 13) Matt. 26, 26. 27. 28. 1 Cor. 11, 23. 24. 25. 26. 14) 1 Cor. 10, 16. 15) 1 Cor. 11, 24. 25. 26. 16) 1 Cor. 10, 14. 15. 16. 21. 17) 1 Cor. 10, 17.

R. Christus ordinavit ut verbi sui ministri in sacramento coenae Dominicae administrando panem vinumque ab usu communi separent, atque id quidem per verbum institutionis, gratiarum actionem ac orationem; ut panem accipiant frangantque atque tum panem tum vinum dent communicantibus; qui eadem constitutione tenentur panem accipere et comedere, vinumque bibere, grate commemorantes corpus Christi pro iis fractum datumque, sanguinemque eius pro iis fustum<sup>1)</sup>.

Q. *Qua ratione corpus ac sanguinem Christi pascentur qui digne participant coenam Dominicam?*

R. Quemadmodum corpus et sanguis Christi in coena Dominica non sunt corporee aut carnaliter praesentia, in, cum, aut sub pane ac vino<sup>2)</sup>, spiritualiter tamen fidei recipientis non minus quidem vere ac realiter, quam externis eorum sensibus elementa ipsa praesto sunt<sup>3)</sup>: ita in sacramento coenae Dominicae digne communicantes, vescuntur inibi corpore ac sanguine Christi, modo non corporeo quidem aut carnali, at spirituali<sup>4)</sup>, vere nihilominus ac realiter, dum Christum crucifixum omniaque mortis eius beneficia per fidem recipiunt applicantque sibi<sup>5)</sup>.

Q. *Quomodo se praeparare debent qui sacramenti coenae Dominicae participes sunt futuri?*

R. Sacramenti coenae Dominicae participes futuri ad illud prius semet praeparare debent, examinando semet<sup>6)</sup>, an sint in Christo<sup>7)</sup>, quae peccata admiserint, quibus rebus indigeant<sup>8)</sup>, an veram habeant ac sufficientem cognitionem<sup>9)</sup>, fidem<sup>10)</sup>, resipiscentiam<sup>11)</sup>, erga Deum ac fratres amorem<sup>12)</sup>, erga omnes homines charitatem<sup>13)</sup>, eorum qui illos iniuria affecerint ignoscantiam<sup>14)</sup>, qualia habeant erga Christum desideria<sup>15)</sup>, deque nova ipsorum obedientia<sup>16)</sup>; quinetiam porro, harum gratiarum exercitium renovando<sup>17)</sup>, per meditationem seriam<sup>18)</sup>, ac orationem fervidam<sup>19)</sup>.

Q. *An accedere ad coenam Domini licet ei, qui an sit in Christo, vel an sit rite praeparatus dubitat?*

R. Qui dubitat an ipse in Christo sit, aut an sit rite ad sacramentum coenae Dominicae praeparatus, fieri potest ut ius in Christo habeat, quamvis illud nondum habeat pro comperto<sup>20)</sup>,

1) 1 Cor. 11, 23. 24. Matt. 26, 26. 27. 28. Marc. 14, 22. 23. 24. Luc. 22, 19. 20. 2) Act. 3, 21. 3) Matt. 26, 26. 28. 4) 1 Cor. 11, 24. 25. 26. 27. 28. 29. 5) 1 Cor. 10, 16. 6) 1 Cor. 11, 28. 7) 2 Cor. 13, 5. 8) 1 Cor. 5, 7. cum Exod. 12, 15. 9) 1 Cor. 11, 29. 10) 2 Cor. 13, 5. 11) Zech. 12, 10. 1 Cor. 11, 31. 12) 1 Cor. 10, 16. 17. Act. 2, 46. 47. 13) 1 Cor. 5, 8. 1 Cor. 11, 18. 20. 14) Mat. 5, 23. 24. 15) Isa. 55, 1. Ioh. 7, 37. 16) 1 Cor. 5, 7. 8. 17) 1 Cor. 11, 25. 26. 28. Heb. 10, 21. 22. 24. Psal. 26, 6. 18) 1 Cor. 11, 24. 25. 19) 2 Chron. 30, 18. 19. Matt. 26, 26. 20) Isa. 50, 10. 1 Ioh. 5, 13. Psal. 88, per totum. Psal. 77, 1. ad 12. Ionae 2, 47.

imò vero in reputatione Dei iam habet, si nempe caritatis eius sensu debito sit affectus<sup>1)</sup>, vereque cupiat in Christo reperiri<sup>2)</sup>, ac discedere ab omni iniquitate<sup>3)</sup>; quo in casu (quoniam eo sine promissa fiunt et hoc sacramentum instituitur, quo Christianis infirmis ac dubitantibus subveniatur<sup>4)</sup>) desistere suam debet infidelitatem<sup>5)</sup>, atque operam dare ut dubia ei solvantur<sup>6)</sup>, quod certe faciens ad coenam Domini accedere et potest et debet, ut ulterius inde corroboretur<sup>7)</sup>.

*Q. An qui fidem profitentur ac ad coenam Domini accedere cupiunt ab eadem arceri iure possunt?*

*R.* Quotquot vel ignorantes, aut scandalo aliis esse reperiuntur, fidem licet profiteantur, ac adire cupiant coenam Dominicam, arceri ab hoc sacramento et possunt et debent per potestatem illam quam Christus in Ecclesia sua reliquit<sup>8)</sup>; neque quidem sunt admittendi ni cognitione prius imbuantur, ac reformationem sui manifestent<sup>9)</sup>.

*Q. Quid a Sacramentum coenae Dominicae participantibus in tempore administrationis praestandum est?*

*R.* A participantibus Sacramentum coenae Dominicae id exigitur, ut interea dum administratur, Deum omni sancta reverentia et attentione in illo instituto observent<sup>10)</sup>, elementa et actiones sacramentales diligenter advertant<sup>11)</sup>, corpus Domini caute discernant<sup>12)</sup>, mortem eius ac perpassionem cum summo affectu meditentur<sup>13)</sup>, indeque semet excitent ad gratiarum suarum vividum ac vegetum exercitium<sup>14)</sup>, semet ipsos iudicando<sup>15)</sup>, de peccato detestando<sup>16)</sup>, Christum vehementer esuriendo sitiendoque<sup>17)</sup>, eum per fidem pascendo<sup>18)</sup>, de plenitudine eius percipiendo<sup>19)</sup>, meritis eius fidendo<sup>20)</sup>, amore eius gaudento<sup>21)</sup>, pro eius gratia agendo gratias<sup>22)</sup>, pactum denique suum cum Deo<sup>23)</sup>, amoremque erga sanctos omnes renovando<sup>24)</sup>.

*Q. Ecquod restat officium Christianis, postquam sacramentum coenae Dominicae participarunt, peragendum?*

*R.* Postquam sacramentum coenae Dominicae participarunt officium restat Christianis, ut secum perpendant serio quomodo

1) Isa. 54, 7. 8. 9. 10. Mat. 5, 3. 4. Psal. 31, 22. Psal. 73, 13. 22. 23. 2) Phil. 3, 8. 9. Psal. 10, 17. Psal. 43, 1. 2. 5. Psal. 5, 11. 3) 2 Tim. 2, 19. Isa. 50, 10. Psal. 66, 18. 19. 20. 4) Isa. 40, 11. 29. 31. Mat. 11, 28. Matt. 12, 20. Matt. 26, 28. 5) Marc. 9, 24. 6) Act. 2, 37. Act. 16, 30. 7) Rom. 4, 11. 1 Cor. 11, 28. 8) 1 Cor. 11, 27. ad finem, cum Matt. 7, 6. et 1 Cor. 5. cap. et Iudae v. 23. et 1 Tim. 5, 22. 9) 2 Cor. 2, 7. 10) Levit. 10, 3. Heb. 12, 28. Psal. 5, 7. 1 Cor. 11, 17. 26. 27. 11) Exod. 24, 8. cum Matt. 26, 28. 12) 1 Cor. 11, 29. 13) Luc. 22, 19. 14) 1 Cor. 11, 26. 1 Cor. 10, 3. 4. 5. 11. 14. 15) 1 Cor. 11, 31. 16) Zech. 12, 10. 17) Apoc. 22, 17. 18) Ioh. 6, 35. 19) Ioh. 1, 16. 20) Phil. 3, 9. 21) Psal. 63, 4. 5. 2 Chron. 30, 31. 22) Psal. 22, 26. 23) Ier. 50, 5. Psal. 50, 5. 24) Act. 2, 42.

inibi se, qualique cum successu gesserint<sup>1)</sup>; si vivificationem et solatium perceperint, ut Deo propterea benedicant<sup>2)</sup>, eiusque continuationem orent<sup>3)</sup>, adversus recidivaciones invigilent<sup>4)</sup>, votorum fidem solvant<sup>5)</sup>, seque ipsos animent ut Domino in eo instituto frequenter attendant<sup>6)</sup>; quod si nullum exiade sibi enatum percipiant impraesentiarum emolumentum, in posterum debent cum praeparationem suam, tum in eodem sacramento quomodo se gesserint, accuratius ad examen revocare<sup>7)</sup>; in quibus utrisque si apud Deum suamque ipsorum conscientiam possint quidem semet liberare, fructum eius expectare debent idoneo tempore percipiendum<sup>8)</sup>; quod si in alterutro se deliquisse deprehenderit, humiliari debeat<sup>9)</sup>, ac maiorem in posterum curam diligentiamque in eo adeundo adhibere<sup>10)</sup>.

*Q. In quo convenit sacramentum baptismi cum coenae Dominicae sacramento?*

*R.* Sacramenta baptismi et coenae Dominicae in hoc conveniunt, quod utriusque author sit Deus<sup>11)</sup>, utriusque pars spiritualis sit Christus eiusque beneficia<sup>12)</sup>, utraque eiusdem foederis sigilla sint<sup>13)</sup>, non nisi per ministros evangelii dispensanda<sup>14)</sup> atque in ecclesia Christi usque ad secundum ipsius adventum retinenda<sup>15)</sup>.

*Q. In quo differunt sacramenta baptismi ac coenae Dominicae?*

*R.* In eo differunt sacramenta baptismi ac coenae Dominicae, quod baptismus semel tantummodo sit administrandus, et quidem aqua; utque signum sit et sigillum regenerationis nostrae ac insitionis in Christum<sup>16)</sup>, idque etiam infantibus<sup>17)</sup>; at coena Domini saepius administranda est, elementis panis ac vini, ad Christum tanquam animae nutrimentum spirituale repraesentandum et exhibendum<sup>18)</sup>, ad nostram in eo mansionem ac incrementum confirmandum<sup>19)</sup>; atque hoc quidem eis tantummodo qui cum aetate tum potentiam habent semetipsos examinandi<sup>20)</sup>.

*Q. Quid est oratio?*

*R.* Oratio est qua petitiones nostras Deo<sup>21)</sup> in nomine Christi offerimus<sup>22)</sup>, auxilio Spiritus ipsius<sup>23)</sup>, cum peccatorum

1) Psal. 28, 7. Psal. 85, 8. 2 Cor. 11, 17. 30. 31. 2) 2 Chron. 30, 21—26. Act. 2, 42. 46. 47. 3) Psal. 36, 10. Cant. 3, 4. 1 Chron. 29, 18. 4) 1 Cor. 10, 3. 4. 5. 12. 5) Psal. 50, 14. 6) 1 Cor. 11, 25. 26. Act. 2, 42. 46. 7) Cant. 5, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 8) Psal. 123, 1. Psal. 42, 5. 8. Psal. 43, 3. 4. 5. 9) 2 Chron. 30, 18. 19. Isa. 1, 16. 18. 10) 2 Cor. 7, 11. 1 Cor. 15, 12. 13. 14. 11) Matt. 28, 19. 1 Cor. 11, 23. 12) Rom. 6, 3. 4. 1 Cor. 10, 16. 13) Rom. 4, 11. cum Col. 2, 12. Mat. 26, 27. 28. 14) Ioh. 1, 33. Matt. 28, 19. 1 Cor. 11, 23. 1 Cor. 4, 1. Heb. 5, 4. 15) Mat. 28, 19. 20. 1 Cor. 11, 26. 16) Mat. 3, 11. Tit. 3, 5. Gal. 3, 27. 17) Gen. 17, 7. 9. Act. 2, 38. 39. 1 Cor. 7, 14. 18) 1 Cor. 11, 23. 24. 25. 26. 19) 1 Cor. 10, 16. 20) 1 Cor. 11, 28. 29. 21) Psal. 62, 8. 22) Ioh. 16, 23. 23) Rom. 8, 26.

nostrorum confessione<sup>1)</sup>, et grata beneficiorum eius agnitione<sup>2)</sup>.

*Q. An ad solum Deum preces nostrae sunt dirigendae?*

R. Quum Deus solus possit scrutari corda<sup>3)</sup>, solus omnium petitiones exaudire<sup>4)</sup>, peccata condonare<sup>5)</sup>, desideria implere<sup>6)</sup>, quumque in nullum alium credendum sit<sup>7)</sup>, nulli cultus religiosus exhibendus<sup>8)</sup>, preces (quae huius pars sunt non minima<sup>9)</sup>) Deo<sup>10)</sup> eique soli<sup>11)</sup> ferendae sunt.

*Q. Quid sibi vult, peccari in nomine Christi?*

R. Precari in nomine Christi est ex obedientia mandati eius, et promissionum confidentia, eius gratia misericordiam implorare<sup>12)</sup>, non nuda quidem nominis eius mentione<sup>13)</sup>, verum orandi incitamenta, in orando confidentiam, vires, ac spem obtinendi nostram a Christo eiusque mediatione derivando<sup>14)</sup>.

*Q. Unde fit ut in nomine Christi sit orandum?*

R. Quum tantum sit hominis peccatum, tantaque inde nata eius a Deo elongatio, ut sine Mediatore nullus nobis ad eum aditus esse possit<sup>15)</sup>; quumque extra Christum unum nullus in coelo terrae ad opus tam gloriosum aut institutus, aut idoneus<sup>16)</sup>; in eius solius nominis orare debemus<sup>17)</sup>.

*Q. Qua ratione nobis in orando auxiliatur spiritus?*

R. Quoniam ignari sumus quid rogare, aut quo debemus modo, Spiritus infirmitates nostras subleuat, efficiendo quidem ut intelligamur, pro quibus personis rebusque, ut et quomodo precatio facienda sit; efficiendo et excitando in cordibus nostris (licet non in omnibus personis, aut omni tempore aequaliter) eiusmodi apprehensiones, affectiones, gratiasque quae sunt ad hoc officium rite praestandum requisita<sup>18)</sup>.

*Q. Pro quibus personis est nobis orandum?*

R. Orandum est nobis pro tota Christi in terris Ecclesia<sup>19)</sup>, pro magistratibus<sup>20)</sup>, ac ministris<sup>21)</sup>, pro nobismet ipsis<sup>22)</sup>, pro nostris fratribus<sup>23)</sup>, imo vero etiam pro inimicis<sup>24)</sup>, pro hominibus denique omnibus viventibus<sup>25)</sup>, vel etiam victuris aliquando<sup>26)</sup>; nequam vero pro mortuis<sup>27)</sup>, aut iis de quibus constat eos peccatum ad mortem perpetrasse<sup>28)</sup>.

---

1) Psal. 32, 5. 6. Dan. 9, 4. 2) Phil. 4, 6. 3) 1 Reg. 8, 39. Act. 1, 24. Rom. 8, 27. 4) Psal. 65, 2. 5) Mich. 7, 18. 6) Psal. 145, 18. 19. 7) Rom. 10, 14. 8) Matt. 4, 10. 9) 1 Cor. 1, 2. 10) Psal. 50, 15. 11) Rom. 10, 14. 12) Ioh. 14, 13. 14. Ioh. 16, 24. Dan. 9, 17. 13) Matt. 7, 21. 14) Heb. 4, 14. 15. 16. 1 Ioh. 5, 13. 14. 15. 15) Ioh. 14, 6. Isa. 59, 2. Ephes. 3, 12. 16) Ioh. 6, 27. Heb. 7, 25. 26. 27. 1 Tim. 2, 5. 17) Col. 3, 17. Heb. 13, 15. 18) Rom. 8, 26. 27. Psal. 10, 17. Zech. 12, 10. 19) Eph. 6, 18. Psal. 28, 9. 20) 1 Tim. 2, 1. 2. 21) Col. 4, 3. 22) Gen. 32, 11. 23) Iac. 5, 16. 24) Mat. 5, 44. 25) 1 Tim. 2, 1. 2. 26) Ioh. 17. 20. 2 Sam. 7, 29. 27) 2 Sam. 12, 21. 22. 23. 28) 1 Ioh. 5, 16.

**Q.** *Pro quibus rebus est orandum?*

**R.** Pro rebus iis orandum est quaecumque faciunt ad Dei gloriam<sup>1)</sup>, Ecclesiae commodum<sup>2)</sup>, nostri<sup>3)</sup> aliorumque bonum<sup>4)</sup>, pro nulla autem re quae est illicita<sup>5)</sup>.

**Q.** *Quo autem modo debemus orare?*

**R.** Orare debemus cum reverente maiestatis Dei apprehensione<sup>6)</sup>, cum profundo indignitatis<sup>7)</sup>, necessitatis<sup>8)</sup>, ac peccatorum nostrorum sensu<sup>9)</sup>; cum corde poenitente<sup>10)</sup>, grato<sup>11)</sup>, ac dilatato<sup>12)</sup>; cum intellectu<sup>13)</sup>, fide<sup>14)</sup>, sinceritate<sup>15)</sup>, fervore<sup>16)</sup>, dilectione<sup>17)</sup>, ac perseverantia<sup>18)</sup>; ipsum praestolantes<sup>19)</sup> cum humillima voluntati eius submissione<sup>20)</sup>.

**Q.** *Quam nobis praescripsit Deus regulam, qua in orationis officio dirigamur?*

**R.** Totum Dei verbum utile nobis esse potest in officio orationis dirigendis<sup>21)</sup>, specialis vero directionis norma est illa orationis formula quam Servator nostra Christus docuit discipulis spos, *oratio Dominica* vulgo dicta<sup>22)</sup>.

**Q.** *Quomodo est oratio Dominica adhibenda?*

**R.** Oratio Dominica non solum directioni inservit et exemplari, secundum quod aliae preces concipiendae sunt; verum etiam tanquam oratio potest usurpari, modo illud fiat cum intellectu, fide, reverentia, reliquisque gratiis ad orationis officium rite praestandum necessariis<sup>23)</sup>.

**Q.** *Quot partes sunt quibus constat oratio Dominica?*

**R.** Oratio Dominica tribus constat partibus, praefatione, petitionibus, et conclusione.

**Q.** *Quid nos edocet orationis Dominicae praefatio?*

**R.** Orationis Dominicae praefatio verbis hisce comprehensa [*Pater noster, qui es in coelis*<sup>24)</sup>] nos docet orantes Deum accedere cum confidentia paternae ipsius bonitatis, eamque ad nos spectare et pertinere<sup>25)</sup>, cum reverentia, reliquisque omnibus quae filios decent, dispositionibus<sup>26)</sup>, affectibus coelestibus<sup>27)</sup>, debitaque ipsius cum supremae potestatis, maiestatisque, tum demissionis gratiosae apprehensione<sup>28)</sup>: prout etiam pro aliis et cum aliis precari<sup>29)</sup>.

**Q.** *Quid est quod oramus in petitione prima?*

---

1) Matt. 6, 9. 2) Psal. 51, 16. Psal. 122, 6. 3) Matt. 7, 11. 4) Psal. 125, 4. 5) 1 Ioh. 5, 14. 6) Eccles. 5, 1. 7) Gen. 18, 27. Gen. 32, 10. 8) Luc. 15, 17. 18. 19. 9) Luc. 18, 13. 14. 10) Psal. 51, 17. 11) Phil. 4, 6. 12) 1 Sam. 1, 15. 1 Sam. 2, 1. 13) 1 Cor. 14, 15. 14) Marc. 11, 24. Iac. 1, 6. 15) Psal. 145, 18. Psal. 17, 1. 16) Iac. 5, 16. 17) 1 Tim. 2, 8. 18) Eph. 6, 18. 19) Mich. 7, 7. 20) Matt. 26, 39. 21) 1 Ioh. 5, 14. 22) Matt. 6, 9. 10. 11. 12. 13. Luc. 11, 2. 3. 4. 23) Mat. 6, 9. cum Luc. 11, 2. 24) Matt. 6, 9. 25) Luc. 11, 13. Rom. 8, 15. 26) Isa. 64, 9. 27) Psal. 123, 1. Lam. 3, 41. 28) Isa. 63, 15. 16. Neh. 1, 4. 5. 6. 29) Act. 12, 5.

R. In petitione prima, nempe [*Sanctificetur nomen tuum*<sup>1)</sup>] omnimodam, in nobis reliquisque hominibus universis, Deum, prout fas est, honorandi, impotentiam ac indispositionem agnoscentes<sup>2)</sup>, oramus ut Deus per gratiam suam velit nos aliosque potentes reddere ac inclinare ad eum cognoscendum, agnosendum, summeque aestimandum<sup>3)</sup>, eiusque titulos<sup>4)</sup>, attributa<sup>5)</sup>, instituta, verbum<sup>6)</sup>, opera, et quicquid demum aliud sit quo ipse nobis manifestare se dignatur<sup>7)</sup>, prout etiam eum cogitatione, verbis<sup>8)</sup>, operibusque glorificandum<sup>9)</sup>; ut atheismum<sup>10)</sup>, ignorantiam<sup>11)</sup>, idololatriam<sup>12)</sup>, impietatem<sup>13)</sup>, et quodcunque ipsius honori adversatur<sup>14)</sup>, impedire velit ac amoliri; ut providentia sua omnium gubernatrice, ad suam ipsius gloriam omnia dirigere velit ac disponere<sup>15)</sup>.

Q. *Quid est quod petimus in petitione secunda?*

R. In secunda petitione, scil. [*Adveniat regnum tuum*<sup>16)</sup>] nosmet ipsos totamque humanum genus sub peccati Satanaeque dominio natura constitutos<sup>17)</sup>, agnoscentes, oramus Deum ut regnum peccati Satanaeque destruat<sup>18)</sup>, ut evangelium per universum orbem propagetur<sup>19)</sup>; Iudaei vocentur<sup>20)</sup>, plenitudo Gentium ut introducat<sup>21)</sup>, utque Ecclesia sit Evangelicis cum officariis tam institutis Divinis instructa<sup>22)</sup>, a corruptelis purgata<sup>23)</sup>, ut magistratum civilem Factorem habeat et conservatorem<sup>24)</sup>; ut Christi instituta pure dispensentur fiantque efficacia, iis, qui in peccatis adhuc sunt, convertendis, iam conversis vero confirmandis, consolandis, aedificandisque<sup>25)</sup>; ut in cordibus nostris hic regnare velit Christus<sup>26)</sup>, tempusque adventus sui secundi adpropere, quoque nos cum ipso regnemus una in aeternum<sup>27)</sup>; utque ita velit potentiae suae regnum in universo orbe exercere, ut ad hosce fines assequendos valore maxime possit et conducere<sup>28)</sup>.

Q. *Quid oramus in petitione tertia?*

R. In tertia petitione, viz. [*Fiat voluntas tua in terris sicut et in caelis*<sup>29)</sup>] agnoscimus nos omnesque homines natura esse nos

1) Matt. 6, 9. 2) 2 Cor. 3, 5. Psal. 51, 15. 3) Psal. 67, 2. 3. 4) Psal. 83, 18. 5) Psal. 86, 10. 11. 12. 14. 15. 6) 2 Thes. 3, 1. Psal. 147, 19. 20. Psal. 138, 1. 2. 3. 2 Cor. 2, 14. 15. 7) Psal. 145, per totum. Psal. 8, per totum. 8) Psal. 103, 1. Psal. 19, 14. 9) Phil. 1, 9. 11. 10) Psal. 67, 1. 2. 3. 4. 11) Eph. 1, 17. 18. 12) Psal. 97, 7. 13) Psal. 74, 18. 22. 23. 14) 2 Reg. 19, 15. 16. 15) 2 Chron. 20, 6. 10. 11. 12. Psal. 83, per totum. Psal. 140, 4. 8. 16) Matt. 6, 10. 17) Eph. 2, 2. 3. 18) Psal. 68, 1. 18. Apoc. 12, 10. 11. 19) 2 Thess. 3, 1. 20) Rom. 10, 1. 21) Ioh. 17, 9. 20. Rom. 11, 25. 26. Psal. 67, per totum. 22) Mat. 9, 38. 2 Thess. 3, 1. 23) Mal. 1, 11. Zeph. 3, 9. 24) 1 Tim. 2, 1. 2. 25) Act. 4, 29. 30. Eph. 6, 18. 19. 20. Rom. 15, 29. 30. 32. 2 Thess. 1, 11. 2 Thess. 2, 16. 17. 26) Eph. 3, 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 27) Apoc. 22, 20. 28) Isa. 64, 1. 2. Apoc. 4, 8. 9. 10. 11. 29) Mat. 6, 10.



solum divinae voluntati tam cognoscendae quam praestandae impares prorsus ac imparatos<sup>1)</sup>, verum etiam proclives ad rebel-landum adversus verbum Dei<sup>2)</sup>, atque adversus providentiam eius obmurmurandum<sup>3)</sup>, addictosque prorsus voluntati carnis ac Diaboli exequendae<sup>4)</sup>; quapropter oramus ut velit Deus per Spiritum suum, a nobis aliisque caecitatem omnem<sup>5)</sup>, debilitatem<sup>6)</sup>, indispositionem<sup>7)</sup> ac perversitatem cordis amovere<sup>8)</sup>, ac per gratiam suam nos potentes reddere promptosque ad voluntatem eius cognoscendam praestandamque, eique in omnibus nosmetipsos submitendum<sup>9)</sup>, idque cum eadem humilitate<sup>10)</sup>, alacritate<sup>11)</sup>, fidelitate<sup>12)</sup>, diligentia<sup>13)</sup>, zelo<sup>14)</sup>, sinceritate<sup>15)</sup>, ac constantia<sup>16)</sup>, qua solent in caelis Angeli<sup>17)</sup>.

*Q. Quid est quod rogamus in petitione quarta?*

*R.* In petitione quarta, quae sic se habet [*Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*<sup>18)</sup>] agnoscimus quidem nos cum in Adamo tum per proprium nostri peccatum ad externa huiusce vitae commoda omne ius nostrum deperdidisse; ac iis omnibus ut Deus nos omnino exuat, earumque usum nobis maledictum reddat commoverisse<sup>19)</sup>: atque insuper neque illas nos sustentando pares a se ipsis esse<sup>20)</sup>, neque nos illas ullo nostro merito<sup>21)</sup>, aut industria<sup>22)</sup> procurare posse; verum proanos esse ad eas illicite cupiendum<sup>23)</sup>, acquirendum<sup>24)</sup>, ac usurpandum<sup>25)</sup>; oramus igitur pro nobis aliisque ut illi nosque a providentia Dei licitorum usu mediomm de die in diem dependentes, gratuito illius dono, ac prout paternae ipsius sapientiae visum fuerit, earum portione conveniente fruamur<sup>26)</sup>, eamque nobis conservatam, ac sancto iucundeque earum usu<sup>27)</sup>, in eisque contentatione animi<sup>28)</sup>, benedictam habeamus; denique ut ab omnibus, quae temporali nostrae sustentationi ac solatio adversantur, custodiamur<sup>29)</sup>.

*Q. In petitione quinta quid est quod petimus?*

*R.* In petitione quinta quae huiusmodi est [*Remitte nobis debita nostra, sicut nos remittimus debitoribus nostris*<sup>30)</sup>] agnoscimus nosmet aliosque omnes peccati tum originalis tum actualis reatu teneri, eoque iustitiae Divinae factos esse debitores, proque

1) Rom. 7, 18. Ioh. 21, 14. 1 Cor. 2, 14. 2) Rom. 8, 7. 3) Exod. 17, 7. Num. 14, 2. 4) Eph. 1, 2. 5) Eph. 1, 17. 18. 6) Eph. 3, 16. 7) Mat. 26, 40. 41. 8) Ier. 31, 18. 19. 9) Psal. 119, 1. 8. 35. 36. Act. 21, 14. 10) Mic. 6, 8. 11) Psal. 100, 2. Iob. 1, 21. 2 Sam. 15, 25. 12) Isa. 38, 3. 13) Psal. 119, 4. 5. 14) Rom. 12, 11. 15) Psal. 119, 80. 16) Psal. 119, 112. 17) Isa. 6, 2. 3. Psal. 108, 20. 21. Mat. 18, 20. 18) Mat. 6, 11. 19) Gen. 2, 17. Gen. 3, 17. Rom. 8, 20. 21. 22. Ier. 5, 25. Deut. 28, 15. ad finem. 20) Deut. 8, 3. 21) Gen. 32, 10. 22) Deut. 8, 17. 18. 23) Ier. 6, 13. Marc. 7, 21. 22. 24) Hos. 12, 7. 25) Iac. 4, 3. 26) Gen. 43, 12. 13. 14. Gen. 28, 20. Eph. 4, 28. 2 Thess. 3, 11. 12. Phil. 4, 6. 27) 1 Tim. 4, 3. 4. 5. 28) 1 Tim. 6, 6. 7. 8. 29) Prov. 30, 8. 9. 30) Mat. 6, 12.

eo debito neque nos, nec aliam creaturam quamviscunquē ullatenus posse satisfacere<sup>1)</sup>; pro nobis aliisque petimus, ut e gratia sua gratuita dignetur Deus nos per obedientiam ac satisfactionem Christi fide apprehensam et applicatam absolvere tam a reatu quam a poena peccati<sup>2)</sup>, nos in dilecto suo acceptare<sup>3)</sup>, favorem suum gratiamque nobis perpetua esse velit<sup>4)</sup>, lapsus nostros quotidianos condonare<sup>5)</sup>, pace nos et gaudio implere augendo nobis in dies remissionis certitudinem<sup>6)</sup>, quam eo certe rogamus confidentius, magisque ad expectandum animamur ac erigimur, quod hoc in nobis testimonium habeamus, (attestante nobis conscientia) nos aliis animitus eorum in nos peccata condonare<sup>7)</sup>.

*Q. Quid denique in petitione sexta oramus Deum?*

*R. In sexta petitione, quae hisce verbis comprehenditur, [Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo<sup>8)</sup>] agnoscentes sapientissimum, iustissimum, gratiosissimumque Deum, ita res ad varios, sanctos, iustosque fines ordinare posse ut tentationes nos adorianur, superent, ac aliquando etiam captivos ducant<sup>9)</sup>; quietiam in proclivi esse ut a Satana<sup>10)</sup>, mundo<sup>11)</sup>, carneque nos potenter seducamur, ac irretiamur<sup>12)</sup>; nosque ipsos [porro] vel post remissa nobis peccata, qua corruptione nostra<sup>13)</sup>, qua debilitate, quaque vigilandi incuria<sup>14)</sup>, non solum obnoxios esse tentationibus, pronosque esse eisdem nos exponere<sup>15)</sup>; verum etiam a nobismet-ipsis neque posse nec velle iis resistere, ex iis emergere, eas ad nostram utilitatem flectere<sup>16)</sup>, dignosque adeo esse qui sub earum potentia simus derelicti<sup>17)</sup>: oramus ut ita velit Deus mundum, et quae in eo sunt omnia imperio regere<sup>18)</sup>; carnem subigere<sup>19)</sup>, Satanam coercere<sup>20)</sup>, cuncta disponere<sup>21)</sup>, media gratiae conferre ac benedicere<sup>22)</sup>, nosque in eorum usu vigilantes reddere; nempe ut nos eiusque populus universus, tentationis ad peccatum immunes per providentiam eius conservemur<sup>23)</sup>, aut si forte tentati fuerimus, ut Spiritu eius nos in hora tentationis potenter suffulti consistere valeamus<sup>24)</sup>; aut si lapsi, ut erigamur denuo, ab eaque vindicemur<sup>25)</sup>, eiusque usum sanctum ac utilitatem capiamus<sup>26)</sup>: ut*

---

1) Rom. 3, 9. ad 21. Mat. 18, 24. 25. Psal. 130, 3. 4. 2) Rom. 3, 24. 25. 26. Heb. 9, 22. 3) Eph. 1, 6. 7. 4) 2 Pet. 1, 2. 5) Hos. 14, 2. Ier. 14, 7. 6) Rom. 15, 13. Psal. 51, 7. 8. 9. 10. 12. 7) Luc. 11, 4. Mat. 6, 14. 15. Mat. 18, 35. 8) Mat. 6, 13. 9) 2 Chron. 32, 31. 10) 1 Chron. 21, 1. 11) Luc. 21, 34. Marc. 4, 19. 12) Iac. 1, 14. 13) Gal. 5, 17. 14) Mat. 26, 41. 15) Mat. 26, 69. 70. 71. 72. Gal. 2, 11. ad 15. 2 Chron. 18, 3. cum 2 Chron. 19, 2. 16) Rom. 7, 23. 24. 1 Chron. 21, 1. 2. 3. 4. 2 Chron. 16, 7. 8. 9. 10. 17) Psal. 81, 11. 12. 18) Ioh. 17, 15. 19) Psal. 51, 10. Psal. 119, 133. 20) 2 Cor. 12, 7. 8. 21) 1 Cor. 10, 12. 13. 22) Heb. 13, 20. 21. 23) Mat. 26, 41. Psal. 19, 13. 24) Eph. 3, 14. 15. 16. 17. 1 Thess. 3, 13. Iudae v. 24. 25) Psal. 51, 12. 26) 1 Petr. 5, 8. 9. 10.

sanctificatio nostra ac salus perficiatur<sup>1)</sup>), Satanas sub pedibus nostris conculcetur<sup>2)</sup>), nosque a peccato, tentatione, omnique malo in aeternum liberemur<sup>3)</sup>).

*Q. Quid nos docet orationis Dominicae conclusio?*

*R. Conclusio Dominicae orationis quam haec verba complectuntur [Quia tuum est regnum, potentia et gloria in secula seculorum. Amen. 4)] nos docet petitiones nostras argumentis communire<sup>5)</sup>), quae quidem a Deo sunt<sup>6)</sup>), non autem a dignitate quavis nostra, aut alius cuiusvis creaturae depromenda, precibusque nostris laudes annectere<sup>7)</sup>); Deo soli aeternum dominium, omnipotentiam, et excellentiam gloriosam ascribendo<sup>8)</sup>); quorum ratione, cum ille nobis opem ferre et potest et vult<sup>9)</sup>), tum etiam nos per fidem incitatur, cum eo agere ut velit<sup>10)</sup>), eique quiete confidere quod velit, petitiones nostras adimplere<sup>11)</sup>); quod quidem desiderium nostrum, et confidentiam, quo testemur, dicimus, Amen<sup>12)</sup>).*

---

1) 2 Cor. 13, 7. 9. 2) Rom. 16, 20. Zech. 3, 2. Luc. 22, 31. 32. 3) Ioh. 17, 15. 1 The. 5, 23. 4) Mat. 6, 13. 5) Rom. 15, 30. 6) Dan. 9, 4. 7. 8. 9. 16. 17. 18. 19. 7) Phil. 4, 6. 8) 1 Chron. 29, 10. 11. 12. 18. 9) Eph. 3, 20. 21. Luc. 11, 13. 10) 2 Chron. 20, 6. 11. 11) 2 Chron. 14, 11. 12) 1 Cor. 14, 16. Apoc. 22, 20. 21.